sum fuisse. proinde concilio indicto, cum eo convenisset magna vis episcoporum metropolitanum et totius ferme ecclesiastici ordinis, ille eis confirmabat delationem illam nulla veritate niti, sed falsum crimen esse. cum fidem calumniatoribus non faceret, stetit in medio synodi, vesteque sublata genítale monstravit. res mira cunctis visa: nulla enim apparuit nota criminis comprobatrix, sed a perpetua continentiae exercitatione ipse prope carnis expertem et virginali castitate purum se concilio probavit. tantum enim cutis quaedam apparuit, testans incircumcisum hominem. confusi pudore adversarii ad pedes eius acciderunt, veniam iniustissimae adversus ipsum criminationis et calumniae orantes. intercedebant pro eis omnes etiam sacri antistites, unaque populus totus: ignosceret ipsis, et maneret in patriarchatu. ille ne extremis quidem auriculis sustinere preces, sed stans clara voce exclusit communione ecclesiae et execratus est sycophantas; urbeque extemplo exivit cum suis rebus omnibus, et in monasterium Cosinitzae se contulit. ubi non pauca sunt quae sumptu suo instauravit et de novo pulchre fecit. mansit in eo loco, cum pace otioque vivens.

Patriarchico solio ita vacuo relicto Symeonem in id reduxerunt, datis pro munere bis mille aureis. noluerat enim regius quaestor uno mille contentus esse, eo quod in rationibus suis duo milia inveniret adscripta Dionysio. haec enim illis consuetudo est, ut minus quam scriptum extet non exigant, sed potius plus.

Ἐν δὲ τοῖς καιροῖς ἐκείνοις ἐπορεύθη ὁ αὐθέντης ἐν τῇ Περσίᾳ. γενομένης μάχης μετὰ τοῦ Οὔζοῦν Χασάνη, ἀπελθὼν μέχρι ποταμοῦ Εὐφράτου καὶ συνάψας πόλεμον μετ' αὐτοῦ. ἐν δὲ τῷ πολέμῳ τούτῳ ἀπεκτάνθη καὶ ὁ χὰς Μουράτης, ὁ πρωτοστράτωρ τῆς ἀνατολῆς, ὁ παρ' αὐτοῖς λεγόμενος μπεγλερμπεῖς, ὅστις ἦν υἱὸς Παλαιολόγου τοῦ Γίδου. ὁ Μουχουμουτπασιᾶς δὲ ἦν μπεγλερμπεῖς τῆς δύσεως, καὶ οὐκ ἐβοήθησεν αὐτῷ ἐν τῷ πολέμῳ· ἐφθόνει γὰρ αὐτῷ. ὅθεν καὶ ὁ αὐθέντης ὠργίσθη αὐτῷ, καὶ ἐν τῷ ὑποστρέψαι ἐκ τοῦ φοσάτου ὡς ἐν ὀλίγῳ ἀπέπνιξεν αὐτὸν ἔν τινι πύργῳ. πολέμου δὲ τότε γενομένου οὐκ ἠδυνήθη στῆναι ὁ Οὔζοῦν Χασάνης, ἀλλὰ φυγὼν διεσώθη. ἔλαβον δὲ πολὺ πλῆθος ἐκ τῶν Ἀτζέμιδων, τῶν ὄντων τότε ἐν τῷ τοιούτῳ πολέμῳ συμβοηθῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν μεγιστάνων αὐτῶν, οἳ δὴ ἐλθόντες ἐν πόλει κακῶς ἔζων, καὶ πολλοὶ ἀπέθανον. ἄλλοι δὲ ἀγάπης γενομένης ἀπῆλθον πάλιν ἐν τῇ αὐτῶν πατρίδι.

Πατριαρχεύσας δὲ ὁ κύριος Συμεὼν ἔτη τρία καὶ μικρὸν ὀλίγον, ἐφάνη ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἱερομόναχός τις ὀνόματι Ῥαφαήλ, ὁρμώμενος ἐκ Σερβίας, μέθυσος κατὰ πολύ. ὃς ἔχων φίλους ἐκ τῶν μεγιστάνων ἠνάγκασεν ὅπως παρέχῃ ἐτησίως φλωρία δύο χιλιάδας, καὶ πεσκέσιον, τουτέστι δῶρον ὅτε νεωστὶ πατριάρχης γίνεται, φλωρία πεντακόσια. οὕτω

Illis temporibus bello adversus Uzucasanem commisso sultanus in Persiam cum copiis profectus est. progressus tunc ad flumen Euphraten usque praelium commisit; in quo et Chas Murates occubuit, primus Orientis Turcicus praefectus (quem ipsi bellerbeium vocant), Palaeologi Guidonis seu Viti filius. bassa vero Muchumuta erat Occidentis bellerbeius; qui ei non succurrit in praelio, invidiae morbo impeditus. qua de causa rex huic iratus eum, brevi omnino tempore post quam ab exercitu redisset, suffocavit in quadam turri. cum rursus ad praelium esset ventum, vim Turcarum et impressionem tantam contigit fieri, ut nullus consistendi locus Uzucasani esset, sed fuga salutem sibi parere cogeretur. captus fuit magnus numerus Azemidarum, qui in eo bello auxilium tulerant; capti de proceribus non pauci. captivi in urbem adducti misere vivebant; nec non multi eorum mortui sunt. alii, pace inter utrumque regem facta, in patriam suam reverterunt.

Cum triennium patriarchae munere, et aliquanto amplius, functus esset Symeon, extitit ea tempestate hieromonachus quidam nomine Raphael, e Servia genus ducens, homo insigniter ebriosus. hic cum quosdam ex primoribus haberet fautores, se quotannis pollicitus est persoluturum tributi nomine bis mille aureos; daturum item pe-

δὲ κατεργασάμενος ἔλαβε τὸν θρόνον κακῶς καὶ ἐπιβατικῶς, καὶ ἐξεβλήθη πάλιν ὁ κύριος Συμεών. στάσεως δὲ γενομένης οὐκ ἤθελον συλλειτουργῆσαι αὐτῷ· πλὴν ὑπὸ φόβου τῶν ἔξω καὶ ἄκοντες συνελειτούργησαν αὐτῷ. τόσον δὲ ἦν ὁ τρισβάρβαρος μέθυσος ὅτι οὔτε ἐν τῇ μεγάλῃ ἑβδομάδι ἠδύνατο στῆναι ἐν τῇ ἀκολουθίᾳ τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ μέθης μεγάλης. ὅθεν καὶ πάντες ἐμίσουν αὐτόν, καὶ ἔτι ὅτι ἦν καὶ ἀλλόγλωσσος. τελειωθέντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ μὴ δυνηθέντος δοῦναι τὸ χαράτζιον, οὐδενὸς ὄντος τοῦ βοηθοῦντος αὐτῷ, οὔτε τῶν κληρικῶν οὔτε τοῦ λαοῦ, ἐνέβαλον αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ. καὶ ἐξερχόμενος αὐτῆς καὶ διερχόμενος, ὡς ἔθος, μετὰ ἁλύσεως
25 ἐλεημοσύνης ἕνεκα ἐτελεύτησε. κοινῆς δὲ βουλῆς γενομένης καὶ συνόδου συγκροτηθείσης, ἐποίησαν πατριάρχην τὸν μέγαν ἐκκλησιάρχην, μετωνομάσαντες αὐτὸν Μάξιμον.

Ἐν δὲ τῷ ‚ςϡοη' ἔτει ἐποίησε μάχην μετὰ τῶν Βενετίκων, καὶ ἐπορεύθη κατ' αὐτῶν ἀπό τε γῆς καὶ θαλάσσης, ἔλαβε δὲ τὴν Εὔριππον. καὶ ἐπεὶ προσκυνῆσαι οὐκ ἠθέλησαν, ἀπέκτεινε πάντας ἄνδρας τοὺς πλέον τῶν ιβ' ἐτῶν. ἔλαβε δὲ καὶ τὴν Φθελίαν καὶ τὸ Γαρδίκιον· ἀφῆκε δὲ ταῦτα ἄοικα, πάντα τὸν λαὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει κομίσας, ὅπου

scesium, hoc est munus quod patriarcha novo creato datur, quingentorum aureorum. hac sua malitia et ambitione ad honorem alterius grassatus supremum ecclesiae solium conscendit, Symeone denuo inde deiecto. seditione tunc adversus eum orta noluerunt ei sacerdotes in sacris una obeundis adesse. attamen diversae religionis hominum metu, quamvis inviti, una sacris operati sunt. in tantum autem insulsus ille barbarus in ebrietatem erat immersus, ut ne in sanctissima quidem paschatis hebdomade, in peragendo ecclesiae munia, pedibus insistere suis prae temulentia posset. unde omnibus odio erat, praesertim cum lingua quoque barbarus esset. annuo vero spatio exacto, cum tributum dare non posset (nemo enim, nec de clero nec de populo, quicquam eo conferebat, ne obolum quidem), coniectus fuit in carcerem. inde postea emissus cum passim, catenam de more gestans, stipem colligeret, mortuus est. synodo itaque coacta, re communi consilio deliberata, factus est patriarcha is qui magni ecclesiarchae personam sustinebat; quem nomine mutato Maximum nuncuparunt.

Anno a mundo condito sexies millesimo nongentesimo septuagesimo octavo sultanus bellum Venetis fecit, terra marique aggressus. expugnavit Chalcidem Euboeae; ubi quicquid masculini sexus duodecimum aetatis annum excedens erat, interfecit propter deditionem recusatam. cepit et Phtheliam atque Gardicium; quae ambo incolis vacua fecit, omni eorum populo Constantinopolin tralato; quo etiam

ἐκόμισε καὶ πάσας τὰς γυναῖκας καὶ τὰ παιδία τὰ τῆς Εὐρίπου. τῷ ἔτει δὲ τούτῳ γέγονε θανατικὸν μέγα καὶ ἐξαίσιον, ὅπερ ἐκ πολλῶν χρόνων οὐκ ἐγένετο, διὰ τὸ συναχθῆναι πολλοὺς ἐκ διαφόρων πόλεων, οἵ τινές ἦσαν ἀσυνήθεις τῆς πόλεως.

Μετ' οὐ πολὺ δὲ πορευθεὶς ἔλαβε τὸν Καφάν, τοὺς Θεοδώρους, τὴν Γοτθίαν καὶ πᾶσαν τὴν περίχωρον ἄνευ πολέμου τινός, καὶ ἔφερεν αὐτοὺς σουργούνιδας. οὐδ' ὅλως γὰρ ἡσύχασεν ὁ κακὸς ἐχθρὸς οὗτος καὶ ἀφανιστὴς τοῦ γένους Χριστιανῶν, ἀλλ' ὥσπερ ἀγέλας προβάτων ἔφερε κατ' ἔτος τοὺς δυστυχεῖς Γραικούς, οὓς μὲν πωλῶν, οὓς δὲ καὶ δωρούμενος τοῖς βουλομένοις. τοιαύτη θεοῦ ἀνοχὴ καὶ παραχώρησις ἐγένετο.

Εὐτυχὴς δὲ φαινόμενος πρὸς πολλοὺς καὶ ταῖς νίκαις ἐπαρθεὶς ὁ κατάρατος ἐστράτευσε καὶ κατὰ τοῦ Μπελιγράδη, ὅτε ἡ Σερβία προσεκύνησεν αὐτῷ. πλὴν εἰς τὴν ἐκστρατείαν ταύτην τοῦ Μπελιγράδη ἀπώλεσε πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν τὴν χρειώδη τοῦ πολέμου, ὅπλα ἵππους καμήλους σκηνὰς καὶ ἄλλον πλοῦτον πολύν, ἃ ἀφέντες διά τι αἰφνίδιον ἔφυγον. ὁ δὲ τρόπος τῆς ζημίας αὐτῶν ἐγένετο οὕτως. ὁ στρατηγὸς Ἴαγγος ἀκούσας ὅτι οἱ Ἀγαρηνοὶ παρακάθηνται τὸ φρούριον Μπελιγράδη, παραγενόμενος μετὰ τρισχιλίων ἀνθρώπων κρυ-

cunctas feminas et pueros Chalcidis deportavit. eodem anno maxima pestilentia laboratum est Byzantii, quanta non extiterat multis annis. causa eius fuit multitudo hominum e variis civitatibus illo congregatorum, qui aëri urbis insueti erant.

Haud multo post, expeditione suscepta, Capham cepit, Theodoros et Gotthiam et omnem circa regionem, sine ulla dimicatione. inde colonos in urbem deduxit. nullo modo enim iste teter hostis quiescebat, Christiani generis depopulator: sed ovium instar infelices Graecos annuatim agebat, alios vendens, alios cuivis volenti donans. ea fuit tolerantia et permissio dei.

Tam secundo fortunae flatu iste execrabilis usus, rerumque gestarum gloria elatus, exercitum quoque adversus Belgradum duxit; quo tempore etiam Servia se illi submisit. verum in hac Belgradica expeditione amisit omnia belli impedimenta, et quae usui essent, arma, equos, camelos, tentoria, alias opes magnas. his enim subito pavore relictis Turcae aufugerunt. quae iactura quomodo acciderit, exponam. dux Ioannes Huniades postquam audivit Belgradum a barbaris obsideri, accessit occulte cum tribus armatorum milibus, oppidumque intravit. ibi domos praesidiis bene armatis firmavit, interdicens ne prius inde exirent quam tubae clangorem audivissent. paruerunt illi diligenter.

φίως εὑρέθη ἔνδον, καὶ ἐνέβαλε τοῖς οἴκοις ὡπλισμένους καλῶς, παρήγγειλε δὲ αὐτοῖς μὴ ἐξελθεῖν ἕως οὗ ἀκούσωσι τὴν φωνὴν τῆς σάλπιγγος· ὃ καὶ ἐποίησαν. ἀναβὰς οὖν αὐτὸς ἐπὶ τόπου ὑψηλοῦ ἐθεώρει τί οἱ Ἀγαρηνοὶ κατεργάζονται. ἐπειδὴ δὲ ἐθεάσατο τέλος ὅτι ἠφάνισαν τὰ τείχη μετὰ τῶν σκευῶν καὶ ἔθεντο κλίμακας καὶ ἀνέβαινον ἀπὸ τὰς χαλά-
26 στριας, συλλαμβάνοντες τὰ πλήθη αἰχμάλωτα, τότε εὐθέως ἐξελθὼν καὶ κρούσας τὴν σάλπιγγα ἐξῆλθον πάντες, καὶ ἐπιπεσόντες αἴφνης τοῖς Ἀγαρηνοῖς, ὡς εὗρον αὐτοὺς διαμεμερισμένους καὶ τοὺς πλείονας ἔνδον τῶν οἴκων, ἐνίκησαν καὶ εἰς φυγὴν ἔτρεψαν, καὶ οὕτως ἀπέκτειναν πολλούς, ἐκρήμνισαν ἀπὸ τῶν τειχῶν, καὶ παντοιοτρόπως τὴν παντελῆ ἀπώλειαν τῶν ἔνδον ἐποίησαν. ταῦτα δὲ ἐνωτισθέντες καὶ θεασάμενοι οἱ ἐν ταῖς σκηναῖς τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν τὴν ἀπὸ νίκης εἰς ἧτταν μεγάλην, ἐγκαταλιπόντες πάντα ἔφυγον, τῶν ὄπισθεν μὴ φροντίζοντες. καὶ οὕτως οἱ Οὗγγροι οἱ μετὰ τοῦ Ἰάγγου καταδραμόντες αὐτῶν συνέλαβον πάντα, ἃ δὴ καὶ συναθροίσαντες εἰς ἓν καὶ μηδέν τι καταδεξάμενοι λαβεῖν, θέντες πῦρ ἐτέφρωσαν ἅπαντα. οὕτως οὖν αἰσχυνθέντες ἀπέφυγον, ἀποβαλόντες πολλὰ καὶ πολλοὺς ἄνδρας.

Μετὰ δὲ παραδρομὴν ἐτῶν δύο ἔπεμψε τὸν Μεσὶκ πασιᾶν μετὰ δυνάμεως πολλῆς ἀπό τε ξηρᾶς καὶ θαλάσσης κατα τῆς Ῥόδου· οἳ δὴ καὶ ἐκεῖ ἀπελθόντες καὶ ταύτην πολιορ-

ipse, loco editiore conscenso, ex alto actiones hostium speculabatur. ibi conspicatus tandem moenium partem tormentis ab illis esse disiectam, scalisque appositis per ruinas ascendi, invadi et capi obvios quosque, confestim loco illo egressus tubae cantu excivit omnes. qui, eruptione repentina in Agarenos facta, ut reppererunt eos divisos et maiorem eorum partem intra domos, manus conseruerunt, fusosque in fugam verterunt. magnam eorum caedem fecerunt; de muris praecipites deturbarunt; omnis denique generis perniciem in eos qui oppidum iniverant effecerunt. haec ubi audiverunt et viderunt qui foris in tentoriis remanserant, aleam scilicet belli mutatam esse, a victoria ad cladem insignem recidisse, mox omnibus rebus derelictis fugae se mandarunt, nulla ratione a tergo remanentium habita. hoc modo Ungari, qui cum Ioanne erant, incursione violenta facta, universa praeda potiti sunt. quam in unum acervum congestam, nulla re inde sibi reservata, iniecto igni in favillam redegerunt cunctam. ita turpissima fuga obsidione abscesserunt, magna vi opum, magno numero hominum amissis.

Biennio elapso Mesicum bassam sultanus cum valido exercitu, terrestri et marino, contra insulam Rhodum misit. quo cum venis-

κήσαντες ἐποίησαν οὐδέν. ἐχάλασαν γὰρ μέρος ἀπὸ τῶν τειχῶν αὐτῆς μετὰ σκευῶν, καὶ ὥρμησε τὸ πλῆθος ἐξέρχεσθαι· οἱ δὲ Ῥόδιοι μηχανησάμενοι καὶ ποιήσαντες ἔνδον λάκκους διὰ χωμάτων ἐσκέπασαν. τοὺς ὁρμῶντας οὖν οὕτως ἠφάνιζον ἀεὶ τοὺς εἰσπίπτοντας, τῶν χωμάτων ἀποσπασθέντων καὶ καταπεσόντων ἐν τοῖς λάκκοις, ὅπου ἦσαν ζηβῆναι δόρατα καὶ πᾶν εἶδος ὅμοιον ξίφους ὄρθια ὡσεὶ σκόλοπες ἱστάμεναι καὶ πάτταλοι. καὶ οὕτω διαπερώμενοι καὶ διακεντούμενοι ἀξίως πολλοὶ ἀθλίως ἀπώλοντο καὶ κατεσφάγησαν. ἀκούσαντες δὲ οἱ ἔξω τί εἰς τοὺς εἰστρέχοντας ἐγένετο καὶ βίᾳ μετὰ ἀλαλαγμοῦ εἰσορμῶντας, ἔφυγον ὄπισθεν. καὶ οὕτω καὶ ἄλλας μηχανὰς καὶ πολέμους κινήσαντες καὶ οὐδὲν ἰσχύσαντες ἀνεχώρησαν ἐκεῖθεν κενοὶ μετὰ μεγάλης ζημίας καὶ ἀπωλείας.

Πατριαρχεύοντος δὲ κυροῦ Μαξίμου τοῦ λογίου τὰ τῆς ἐκκλησίας ἅπαντα εἰρηνικῶς διέκειτο παυσαμένων τῶν σκανδάλων. ἐποίμαινε δὲ τὸν λαὸν τοῦ θεοῦ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ, διδάσκων ἐπ' ἄμβωνος τοῦ πατριαρχείου καὶ ἐν ἄλλαις ἐκκλησίαις τὸν λόγον θεοῦ ἀκωλύτως παρρησίᾳ, κατὰ πᾶσαν κυριακὴν λέγων καὶ ἑορτήν. ὑπῆρχε δὲ φιλόσοφος, καὶ πλά- 27
τος λόγου ἔχων πολύ, ὡς οὐδεὶς τῶν κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον. καὶ τόσον διεφημίσθη ὅτι καὶ ἡ λογιότης αὐτοῦ καὶ ἡ σοφία

sent, urbem obsederunt illam quidem, sed nihil effecerunt. verberato enim tormentis muro et parte prostrata multitudo barbarorum castris egressa irruere illac paravit. Rhodii vero defensionem contra moliti sunt, fossis caecis intra moenia factis iniectaque materia contectis. promptissimum igitur quemque hostium irruentem interemerunt, praecipitatum materia illa cedente in tales fossas, in quibus iacula, hastae, et quicquid gladiis simile, tanquam acutissimi valli et stipites, erecta stabant. quibus illi sese induentes iisque transfixi miserrime magno numero perierunt, dignum conatu suo exitium nacti. cumque, qui foris erant, auditu percepissent quid illis intro currentibus et magno ululatu irrumpentibus factum esset, pedem referentes fugae se trepidi commendarunt. alia denique machinati, postquam plures pugnas nequicquam civissent, illinc re infecta discesserunt, magna clade accepta, magno suorum numero amisso.

Summa rerum sacrarum ad virum eruditum Maximum relata, totius ecclesiae status pacatus cernebatur, omnibus dissidiis e medio sublatis. pascebat is populum dei erudiendo et ad pietatem animos informando, docens ex suggesto patriarchei templisque aliis verbum dei liberrime, nemine impediente, singulis dominicis et festis diebus concionans. erat disciplinis philosophicis perpolitus, et profluente quadam orationis copia supra quam quisquam alius illis temporibus praeditus. ac tantum percrebuit fama eruditionis ipsius et sapientiae, ut ad au-

ἔφθασε καὶ εἰς τὰ τοῦ σουλτάνου Ἀγαρηνῶν ὦτα, καὶ ἔπεμψε καὶ ἠξίωσεν αὐτὸν ἵνα ποιήσηται ἐξήγησιν εἰς τὸ ἅγιον σύμβολον τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν καὶ δώσῃ αὐτῷ ταύτην. ποιησάμενος οὖν τὴν ἐξήγησιν τοῦ συμβόλου ἀνυποστόλως, θεολογικώτατα καὶ σοφώτατα συνθέμενος, ὡς ἐν πολλοῖς φαίνεται, δέδωκεν αὐτῷ. καὶ μεταγλωττίσαντες πάντα καλῶς ἐν Ἀράβων γλώσσῃ, ἀνέγνω κατὰ ἀκρίβειαν καὶ χαριέντως ἐδέχετο καὶ εὐλαβῶς, ἀναγκαζόμενος εἰς ταῦτα παρά τινων νέων ὄντων ἔτι Χριστιανῶν ἔνδον τῆς αὐλῆς τοῦ παλατίου αὐτοῦ, καὶ μᾶλλον παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἀμυρούτζη, ὃς ὡς ἦν λογιώτατος εἰς τὸ Ἑλληνικόν, οὕτως ἐγένετο καὶ εἰς τὸ Ἀραβικόν. ὅστις καὶ ἀξιωθεὶς παρὰ τοῦ σουλτάνου ὁρισμῷ τούτου μετεγλώττισε βιβλία πολλὰ ἐκ τῶν ἡμετέρων καὶ πάντα τὰ γραμματεῖα καὶ τοὺς κώδικας τοὺς βασιλικοὺς καὶ ἄλλα χρειώδη καὶ πολλὰ περὶ πίστεως. ὁ σουλτᾶνος γὰρ οὐκ ἐπαύετο ἐρωτῶν, μαθεῖν ἀεί τι καὶ πιστωθῆναι περὶ τῆς Χριστιανῶν πίστεως βουλόμενος. ἀλλ' οὐδὲν ἐγένετο· εἰς γὰρ ἀσυνέτου καρδίαν θεὸς οὐκ εἰσελεύσεται.

Μετὰ τῶν ἄλλων οὖν ὧν ἠρώτα καὶ ἐμάνθανεν, ἤκουσε καὶ περὶ τοῦ ἀφορισμοῦ, ὅτι ὃν ἂν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς τῶν Χριστιανῶν ἀφορίσωσιν εὐλόγως, ὅτε τις ἀδικήσῃ ἢ πταίσῃ, οὐ διαλύεται ἐν τῇ γῇ, ἀλλὰ μένει τὸ σῶμα αὐτοῦ

res etiam Agareni regis pervenerit. accitum itaque rogavit, scriberet explicationem S. symboli fidei Christianae, sibique daret. paruit hic, commentario cum omni libertate e sacra theologorum disciplina optime sapientissimeque confecto, sicut res ipsa in multis loquitur; atque sultano obtulit. quem librum per omnia bene in Arabicam linguam conversum ipse diligenter legit, clementer accipiens et reverenter; ad id faciendum cum ab aliquot palatii sui aulicis iuvenibus (Christianae enim adhuc ibi religionis nonnulli erant) adactus, tum inprimis a filio Amerutzae, qui par erat in utriusque linguae facultate, Graecae et Arabicae, impulsus. multos hic vir rogatu et iussu regis nostrorum librorum in Turcicam translulit linguam, omnia quidem acta et tabulas publicas, codices imperatorios, alia utilia; multa etiam religionis nostrae. non cessabat enim sciscitari sultanus, identidem aliquid cognoscere et certior fieri de fide Christiana studens. at nihil ad salutem profecit: non enim deus in stolidi corde locum habet.

Inter alia quae interrogans discebat, etiam de anathemate seu excommunicatione audivit, videlicet, quicunque a pontificibus et sacerdotibus Christianis iusta de causa, ob peccatum aut scelus, e sacro coetu expellatur, hunc talem humatum non dissolvi in terram, sed manere corpus eius indissolutum et integrum in terra, conspici-

ἀδιάλυτον καὶ σῶον ἐν γῇ, καὶ φαίνονται, ὅτε τις τάφος ἀφωρισμένου ἀνεωχθῇ, ὡς τύμπανα καὶ μέλανες, ἀποβαλόντες οὐδὲν ἐκ τῶν μελῶν, οὐδὲ αὐτὰς τὰς τρίχας, καὶ ὅτι, ἐὰν αὐτῷ συγχωρήσωσι δι' εὐχῆς καὶ ἐπικλήσεως θεοῦ, λύεται πάλιν καὶ κόνις γίνεται. μετεκαλέσατο ταῦτα ἐνωτισάμενος τὸν πατριάρχην, ἵνα τὸ τοιοῦτον πιστώσῃ αὐτῷ. ὃς δὴ ἀπελθὼν καὶ ταῦτα ἀκούσας παρὰ τοῦ σουλτάνου ὑπέσχετο φανερώσειν αὐτῷ, εὑρεθέντος τινὸς προτεθνηκότος ἐν ἀφορισμοῦ βάρει. ἐλθόντος οὖν ἐν πατριαρχείῳ τοῦ πατριάρχου, καὶ σκέψεως γινομένης περί τινος φθάσαντος τελευτῆσαι ἐν βάρει ἀφορισμοῦ, ἐνενοήθησαν ὅτι γυνή τις ἀσελγὴς οὖσα διεφήμισε καὶ κατὰ πατριάρχου ὅτι συνεγένετο αὐτῇ, ἧς φήμης διασπαρείσης τινὲς ἐπίστευον. ὃς ταῦτα ἀκούσας ἐξεφώνησεν ἀφορισμὸν ἐν μιᾷ τῶν ἑορτῶν. καὶ δὴ ἐκ πολλοῦ ἀποθανούσης τῆς γυναι- 28
κὸς ταύτης, ὡς ἐλπίζοντος τοῦ πατριάρχου ὅτι ἐν ἀφορισμῷ μένει οἷα κατήγορος τοιούτου ἀνδρός, ἠνέῳξε τὸ μνῆμα. καὶ (ὢ τῶν θαυμασίων θεοῦ) εὑρέθη ὡς ἐτέθη, ἐξωγκωμένη δὲ μόνον καὶ μέλαινα, μὴ ἀποβαλοῦσα οὐδὲ τὰς ἐν κεφαλῇ τρίχας. καὶ τότε δὴ διεμηνύσατο τῷ σουλτάνῳ, ὃς ἔπεμψεν ἰδίους ἀνθρώπους καὶ ἐθεάσαντο αὐτήν, οἳ καὶ θεασάμενοι ταύτην ἐξεπλάγησαν καὶ ἐθαύμασαν· καὶ ἔθεντο ἐν κιβωτίῳ καὶ ἠσφάλισαν αὐτὸ διὰ βούλλας τοῦ βασιλέως. ἔταξαν οὖν

que, sepulcro talis hominis aperto, cadaver instar tympani inflatum et nigrum, nullo membro amisso, ne ipso quidem capillo. rursus si veniam precibus et invocatione numinis divini ei impetrent, dissolutionem cadaveris in cinerem fieri. accivit his auditis patriarcham, ut eius rei sibi ab eo fides fieret. qui veniens, audita sultani postulatione, se planum ei facturum promisit, ut primum aliquis succurreret aliquando anathematis oneri immortuus. reverso in domicilium suum patriarcha, cogitatione et dispicientia, si quis praeteritis temporibus ea mole pressus obiisset, suscepta, patribus in mentem venit mulieris cuiusdam libidinosae, quae de quodam patriarcha, hunc ipsa consuevisse, famam sparserat; cui famae non a nemine fuerat habita fides. is vero, improbitate cognita, anathemati illam quodam die festo subiecerat. quae mulier cum longo ante tempore e vivis excessisset, patriarcha existimans eam, quia tantum virum infamasset, adhuc anathemate constrictam teneri, sepulcrum eius aperiendum curavit. tunc illa (o miraculum dei) in eo statu quo deposita reperta fuit, tumida turgidaque tantum et nigra, nondum etiam crinibus de capite amissis. re ad sultanum allata misit is ad contemplandam illam certos homines. qui contemplati admiratione obstupuerunt. cadavere deinde in arca posito hanc sigillo regio muniverunt; diem dixerunt,

ἔφθασε καὶ εἰς τὰ τοῦ σουλτάνου Ἀγαρηνῶν ὦτα, καὶ ἔπεμψε καὶ ἠξίωσεν αὐτὸν ἵνα ποιήσηται ἐξήγησιν εἰς τὸ ἅγιον σύμβολον τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν καὶ δώσῃ αὐτῷ ταύτην. ποιησάμενος οὖν τὴν ἐξήγησιν τοῦ συμβόλου ἀνυποστόλως, θεολογικώτατα καὶ σοφώτατα συνθέμενος, ὡς ἐν πολλοῖς φαίνεται, δέδωκεν αὐτῷ. καὶ μεταγλωττίσαντες πάντα καλῶς ἐν Ἀράβων γλώσσῃ, ἀνέγνω κατὰ ἀκρίβειαν καὶ χαριέντως ἐδέχετο καὶ εὐλαβῶς, ἀναγκαζόμενος εἰς ταῦτα παρά τινων νέων ὄντων ἔτι Χριστιανῶν ἔνδον τῆς αὐλῆς τοῦ παλατίου αὐτοῦ, καὶ μᾶλλον παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἀμυρούτζη, ὃς ὡς ἦν λογιώτατος εἰς τὸ Ἑλληνικόν, οὕτως ἐγένετο καὶ εἰς τὸ Ἀραβικόν. ὅστις καὶ ἀξιωθεὶς παρὰ τοῦ σουλτάνου ὁρισμῷ τούτου μετεγλώττισε βιβλία πολλὰ ἐκ τῶν ἡμετέρων καὶ πάντα τὰ γραμματεῖα καὶ τοὺς κώδικας τοὺς βασιλικοὺς καὶ ἄλλα χρειώδη καὶ πολλὰ περὶ πίστεως. ὁ σουλτᾶνος γὰρ οὐκ ἐπαύετο ἐρωτῶν, μαθεῖν ἀεί τι καὶ πιστωθῆναι περὶ τῆς Χριστιανῶν πίστεως βουλόμενος. ἀλλ' οὐδὲν ἐγένετο· εἰς γὰρ ἀσυνέτου καρδίαν θεὸς οὐκ εἰσελεύσεται.

Μετὰ τῶν ἄλλων οὖν ὧν ἠρώτα καὶ ἐμάνθανεν, ἤκουσε καὶ περὶ τοῦ ἀφορισμοῦ, ὅτι ὃν ἂν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς τῶν Χριστιανῶν ἀφορίσωσιν εὐλόγως, ὅτε τις ἀδικήσῃ ἢ πταίσῃ, οὐ διαλύεται ἐν τῇ γῇ, ἀλλὰ μένει τὸ σῶμα αὐτοῦ

res etiam Agareni regis pervenerit. accitum itaque rogavit, scriberet explicationem S. symboli fidei Christianae, sibique daret. paruit hic, commentario cum omni libertate e sacra theologorum disciplina optime sapientissimeque confecto, sicut res ipsa in multis loquitur; atque sultano obtulit. quem librum per omnia bene in Arabicam linguam conversum ipse diligenter legit, clementer accipiens et reverenter; ad id faciendum cum ab aliquot palatii sui aulicis iuvenibus (Christianae enim adhuc ibi religionis nonnulli erant) adactus, tum inprimis a filio Amerutzae, qui par erat in utriusque linguae facultate, Graecae et Arabicae, impulsus. multos hic vir rogatu et iussu regis nostrorum librorum in Turcicam transtulit linguam, omnia quidem acta et tabulas publicas, codices imperatorios, alia utilia; multa etiam religionis nostrae. non cessabat enim sciscitari sultanus, identidem aliquid cognoscere et certior fieri de fide Christiana studens. at nihil ad salutem profecit: non enim deus in stolidi corde locum habet.

Inter alia quae interrogans discebat, etiam de anathemate seu excommunicatione audivit, videlicet, quicunque a pontificibus et sacerdotibus Christianis iusta de causa, ob peccatum aut scelus, e sacro coetu expellatur, hunc talem humatum non dissolvi in terram, sed manere corpus eius indissolutum et integrum in terra, conspici-

ἀδιάλυτον καὶ σῷον ἐν γῇ, καὶ φαίνονται, ὅτε τις τάφος ἀφωρισμένου ἀνεωχθῇ, ὡς τύμπανα καὶ μέλανες, ἀποβαλόντες οὐδὲν ἐκ τῶν μελῶν, οὐδὲ αὐτὰς τὰς τρίχας, καὶ ὅτι, ἐπὰν αὐτῷ συγχωρήσωσι δι' εὐχῆς καὶ ἐπικλήσεως θεοῦ, λύεται πάλιν καὶ κόνις γίνεται. μετεκαλέσατο ταῦτα ἐνωτισάμενος τὸν πατριάρχην, ἵνα τὸ τοιοῦτον πιστώσῃ αὐτῷ. ὃς δὴ ἀπελθὼν καὶ ταῦτα ἀκούσας παρὰ τοῦ σουλτάνου ὑπέσχετο φανερώσειν αὐτῷ, εὑρεθέντος τινὸς προτεθνηκότος ἐν ἀφορισμοῦ βάρει. ἐλθόντος οὖν ἐν πατριαρχείῳ τοῦ πατριάρχου, καὶ σκέψεως γινομένης περί τινος φθάσαντος τελευτῆσαι ἐν βάρει ἀφορισμοῦ, ἐνενοήθησαν ὅτι γυνή τις ἀσελγὴς οὖσα διεφήμισε καὶ κατὰ πατριάρχου ὅτι συνεγένετο αὐτῇ, ἧς φήμης διασπαρείσης τινὲς ἐπίστευον. ὃς ταῦτα ἀκούσας ἐξεφώνησεν ἀφορισμὸν ἐν μιᾷ τῶν ἑορτῶν. καὶ δὴ ἐκ πολλοῦ ἀποθανούσης τῆς γυναι- 28
κὸς ταύτης, ὡς ἐλπίζοντος τοῦ πατριάρχου ὅτι ἐν ἀφορισμῷ μένει οἷα κατήγορος τοιούτου ἀνδρός, ἠνέῳξε τὸ μνῆμα. καὶ (ὢ τῶν θαυμασίων θεοῦ) εὑρέθη ὡς ἐτέθη, ἐξωγκωμένη δὲ μόνον καὶ μέλαινα, μὴ ἀποβαλοῦσα οὐδὲ τὰς ἐν κεφαλῇ τρίχας. καὶ τότε δὴ διεμηνύσατο τῷ σουλτάνῳ, ὃς ἔπεμψεν ἰδίους ἀνθρώπους καὶ ἐθεάσαντο αὐτήν, οἳ καὶ θεασάμενοι ταύτην ἐξεπλάγησαν καὶ ἐθαύμασαν· καὶ ἔθεντο ἐν κιβωτίῳ καὶ ἠσφάλισαν αὐτὸ διὰ βούλλας τοῦ βασιλέως. ἔταξαν οὖν

que, sepulcro talis hominis aperto, cadaver instar tympani inflatum et nigrum, nullo membro amisso, ne ipso quidem capillo. rursus si veniam precibus et invocatione numinis divini ei impetrent, dissolutionem cadaveris in cinerem fieri. accivit his auditis patriarcham, ut eius rei sibi ab eo fides fieret. qui veniens, audita sultani postulatione, se planum ei facturum promisit, ut primum aliquis succurreret aliquando anathematis oneri immortuus. reverso in domicilium suum patriarcha, cogitatione et dispicientia, si quis praeteritis temporibus ea mole pressus obiisset, suscepta, patribus in mentem venit mulieris cuiusdam libidinosae, quae de quodam patriarcha, hunc ipsa consuevisse, famam sparserat; cui famae non a nemine fuerat habita fides. is vero, improbitate cognita, anathemati illam quodam die festo subiecerat. quae mulier cum longo ante tempore e vivis excessisset, patriarcha existimans eam, quia tantum virum infamasset, adhuc anathemate constrictam teneri, sepulcrum eius aperiendum curavit. tunc illa (o miraculum dei) in eo statu quo deposita reperta fuit, tumida turgidaque tantum et nigra, nondum etiam crinibus de capite amissis. re ad sultanum allata misit is ad contemplandam illam certos homines. qui contemplati admiratione obstupuerunt. cadavere deinde in arca posito hanc sigillo regio muniverunt; diem dixerunt,

ἡμέραν ἵνα ἔλθωσι πάλιν καὶ ἴδωσιν. ἐλθόντων δὲ ἐποίησεν ὁ πατριάρχης λειτουργίαν καὶ ἀνέγνω εὐχὴν συγχωρητικήν· ἧς ἀναγινωσκομένης εὐλαβῶς καὶ μετὰ δακρύων, ὢ θαύματος θεοῦ, αἱ ἁρμονίαι τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν διελύοντο ὡς καὶ τοὺς παρεστῶτας ἀκούειν τῶν ψόφων. θέντες δὲ πάλιν τὸ λείψανον καὶ σφραγίσαντες, λυθέντων μόνων τῶν ἁρμονιῶν πάντων, ἐνέβαλον ἐν τῷ παρεκκλησίῳ μετὰ τοῦ κιβωτίου τοῦ ἐσφραγισμένου· οὗ εἶχεν αὐτό. μετὰ δὲ παράδρομον τριῶν ἡμερῶν ἐλθόντων τῶν ἀνθρώπων τοῦ βασιλέως καὶ ἀνοιξάντων τὰς σφραγῖδας, εἶδον τὸ σῶμα διαλυθὲν καὶ κόνιν μόνον εὑρόντες ἐθαύμασαν. ἀπελθόντες δὲ καὶ τὰ θεαθέντα ἀναγγείλαντες τῷ σουλτάνῳ, ἐθαύμασε καὶ ἐξεπλάγη εἰπὼν ὅτι θαυμασία καὶ ἀληθὴς ἡ πίστις αὐτῶν τῶν Χριστιανῶν.

Ἦν δὲ φοβερὸς ὁ τοιοῦτος σουλτᾶνος οὐ μόνον τοῖς μεγιστᾶσι αὐτοῦ ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, ὑπάρχων ἀπροσωπόληπτος καὶ ἐνεργῶν ταχέως πᾶν ὃ ἠβούλετο καὶ κατὰ νοῦν εἶχεν. ἠγάπα δὲ καὶ τοὺς σοφούς, οὐ μόνον τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπὸ παντοίου γένους καὶ μᾶλλον τοὺς ἡμετέρους τῶν Χριστιανῶν. ἐδιοίκει δὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ μετὰ φρονήσεως μεγάλης καὶ ἦν συζητητὴς πολλῶν, οὐδ' ὅλως ἀγνοῶν οὐδὲ τῶν μικροτάτων τῶν ἐν τῇ πόλει πραττομένων· ἐμάνθανε γὰρ πάντα ἄχρι

qua die ad videndum reverterentur. reversis rem divinam patriarcha fecit, recitata et precatione, qua crimen illius aboleretur. quam ut sancte nec sine lacrimis recitavit, en miraculum: articuli manuum pedumque disiungi, vincula solvi, ita ut ab astantibus etiam ossium crepitus audiretur. reposito cadavere et rursus obsignato, cuius tantum nexus omnes dissoluti fuerant, obsignatam arcam, quae id continebat, in sacello patriarchico deposuerunt. post triduum reversis regiis ministris arcaque resignata et aperta, apparuit corpus illud iam dissolutum; de quo nihil restans nisi cinis homines in admirationem adduxit. abeunt ad regem; quae suis oculis viderint renuntiant. admirari ille, stupescere, religionem Christianorum veram et admirandam confiteri.

Erat porro formidabilis iste sultanus; idque non suis modo proceribus sed omnibus etiam aliis. nulla apud illum ratio personae ullius: celer effector omnium rerum quas volebat et in animo habebat. diligebat quoque viros doctos, eosque non suae tantum gentis sed cuiusvis etiam nationis, inprimis ex Christiano genere nostros homines. administrabat regnum magna cum prudentia. multa indagare, multa cognoscere; nihil, ne minimorum quidem quae in urbe gererentur, inexploratum relinquere. certe enim omnia, etiam mi-

καὶ τῶν μικρῶν καὶ μὴ ἀκουσθῆναι αὐτῷ ἀξίων εἰπεῖν. ἐπεριπάτει τὴν νύκτα ἀγνοούμενος καὶ μανθάνων πάντα τὰ γινόμενα. οὐκ ἀφῆκε δέ, ὡς ἔλεγον, οὐδεμίαν ἐργασίαν ἢ πραγματείαν ἀπερισκόπητον, καὶ τί ἕκαστος ἐξ αὐτῆς ἔχει, καὶ τί πᾶς τις ποιεῖ. τοιαύτην ἐπὶ πολὺ ἐποιεῖτο τὴν ἔρευναν ὡς σπουδαιότατα. μαθὼν δὲ καὶ ὅτι οἱ ψάλται τῆς μουσικῆς τῶν ἐκκλησιαστικῶν τῶν Γραικῶν δύνανται γράφειν τὰς μελῳδίας 29 τῶν Ἀγαρηνῶν, ὥρισε καὶ παρεγένοντο ἐνώπιον αὐτοῦ εἷς ψάλτης καὶ εἷς Πέρσης, ὃν εἶχεν αὐτὸς ἐπιστήμονα καὶ καλὴν ἔχοντα φωνήν. ᾖσεν οὖν οὗτος μέλος Περσικόν, καὶ ὁ ψάλτης ἔγραψεν. ὕστερον δὲ ὥρισεν ὁ αὐθέντης, καὶ παρόντος τοῦ Πέρσου ἔψαλε τοῦτο ὁ ψάλτης ὁμοίως, ὥστε καὶ τὸν Πέρσην καὶ τὸν αὐθέντην θαυμάσαι. ἐδωρήσατο οὖν καὶ ἀμφοτέροις δωρεάς, καὶ ἐξενίζετο τὴν λεπτότητα τοῦ ψάλτου, καὶ ἀφῆκεν αὐτοὺς ἐν ἀγάπῃ καὶ τιμῇ. λέγεται δὲ ὅτι καὶ ὁ Πέρσης ὁ ᾄδων ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, ἐπεὶ ἤκουσε τὸν ψάλτην οὕτω μιμησάμενον φωνὴν ξένην καὶ ἣν ἄλλοτε οὔτε ἤκουσεν οὔτε ἐγίνωσκεν, πεσὼν ἐπροσεκύνησεν αὐτὸν εἰπὼν "μεγάλη ἀληθῶς ἡ ἐπιτειδειότης καὶ σοφία τοῦ ψάλτου." ηὔξησε δὲ καὶ ἐτράνωσε τὰ ὅρια τῆς βασιλείας αὐτοῦ πολύ, καὶ ζήσας ἔτη πεντήκοντα ἑπτὰ ἀπέθανε κατὰ τὸ ͵ϛϡπη΄ ἔτος.

18. πεσὼν A pro πᾶς 21. πεντήκοντα ἑπτὰ add A

nuta personaeque eius auditu ferme non digna, sciscitabatur. nocturno tempore per vias ignotus oberrabat, ut omnes civium actiones disceret. ferunt eum praetermisisse nullum opificii aut negotiationis genus, quod non considerarit, et quid ex eo quisque lucri caperet, et quid quisque civis ageret. huiusmodi ille inquisitionem frequenter quam studiosissime faciebat. cumque percepisset Graecorum ecclesiasticae musicae cantores notis quibusdam posse describere cantilenas Agarenicas, iussit in conspectum suum vocari duos cantores, unum psalten Graecum, alterum, quem habebat, scientia et suavitate canendi praestantem Persam. quo Persicam cantilenam dulciter canente, psaltes eam notulis comprehendit. deinde sultano iubente, Persa auscultante, illam psaltes cecinit eodem modo, ita ut tum Persa tum sultanus admiraretur. utrumque ergo muneribus affecit, admiratus ut rem novam ingenium subtile psaltae, ambosque cum gratia et honore dimisit. fertur etiam Persa ille, qui ita coram rege cecinerat, postquam audivisset cantionem psaltae ita feliciter alienam vocem imitantis, quam alias nunquam audivisset nec sciret: summam ei reverentiam exhibuisse, ac dixisse "magna est vere dexteritas et eruditio psaltae." auxit autem hic rex, et valde longe extendit, imperii sui limites. cumque 57 annos vixisset, periit 6988 anno mundi.

Ἐβασίλευσε δὲ ἀντ' αὐτοῦ ὁ υἱὸς αὐτοῦ σουλτὰν Μπαγιαζίτης, ὃς εἶχε καὶ ἕτερον ἀδελφὸν τὸν Τζὲμ σουλτὰν ὄντα ἐν Μαγνησίᾳ. ὁ δὲ βασιλεύσας οὗτος Μπαγιαζίτης, εὑρεθεὶς ἐν Ἀμασείᾳ, ἐπεὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐτελεύτησεν ἐν τοῖς χωρίοις Νικομηδείας, πλησίον ὑπάρξας οὗτος ἀνηγορεύθη βασιλεὺς τῆς πόλεως· οὗ τὸν υἱὸν νήπιον ὄντα καὶ ἐν τῇ πόλει εὑρεθέντα ἀνηγόρευσαν πρῶτον αὐθέντην, ἐπεὶ στάσις οὐ μικρὰ ἐγένετο, ὥστε φονευθῆναι καὶ πασιᾶν ἕνα καὶ ἄλλους πολλούς· καὶ οὕτως ἔπαυσεν ἡ στάσις. μετὰ δὲ ἡμέρας τινὰς ἦλθε καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἐκάθισεν εἰς τὴν βασιλείαν. τοῦτον δὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἔπεμψεν ἐν Μάγνησίᾳ, δοὺς αὐτῷ καὶ σκῆπτρον καὶ ἀξίαν μεγάλην. ἔδωκεν ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις υἱοῖς αὐτοῦ, τῷ μὲν Ἀχουμάτῃ τὴν Ἀμάσειαν, τῷ δὲ Σὰχ τὴν Καραμανίαν, τῷ δὲ Μαχουμέτῃ τὴν Κασταμόνην, τῷ Σελήμῃ τὴν Τραπεζοῦντα, τῷ Μεχεμέτῃ τὸν Καφᾶν, ὅστις καὶ μετ' ὀλίγον ἐτελεύτησεν. οὕτω διεμέρισε τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ τὴν ἀνατολήν.

Ἅμα δὲ τῷ ἡγεμονεῦσαι ἀπέκτεινε τὸν Ἀχουμὰτ πασιᾶν, ἄνδρα πολεμικὸν καὶ ἀγαπώμενον παρὰ πάντων, ὃς πολλὰ κατώρθωσε, καὶ μᾶλλον ἐν τῇ Πουλίᾳ ἐν τῷ Ὀτρόντῳ, καὶ ἤνεγκεν ἐκεῖθεν αἰχμάλωτα πολλὰ καὶ πλοῦτον καὶ ἄλλα. οὐκ 30 *οἶδε δέ τις πῶς αὐτῷ ἐφθόνησε καὶ αὐτὸν ἀπέκτεινεν.*

1482 Secutus est eum in regno filius suus Baiazita; qui habebat fratrem nomine Zemam, Magnesiae habitantem. iste vero Baiazita, Amasiae vivens, posteaquam pater eius in agro Nicomediensi mortem obierat, quo propius ab eo loco aberat: eo citius re cognita renuntiatus est rex urbis. antea tamen quam eo venisset, filius eius aetate adhuc infans, in urbe ipsa educatus renuntiatus fuit, cum quidem seditio non parva ob creandum regem coorta fuisset, ita ut res ad manus et pugnam veniret, inter alios multos etiam uno de bassis interfecto. sed pueri renuntiatione finis tumultui factus est. post aliquot dierum intervallum advenit pater ipsius, regnique sedem occupavit, hoc suo filio Magnesiam amandato; cui sceptrum dedit et magnam dignitatem contulit. pari beneficentia liberaliter in caeteros quoque filios suos usus est, Achumatae Amasia concessa, Sacho Cilicia, Machumetae Castamone, Selimae Trapezunte, Mechemetae Capha; qui et paulo post mortuus est. ad hunc modum liberis suis Orientis partes divisit.

Statim autem ab inito imperio Achumatam bassam interemit, virum bellica laude clarum et omnibus carum. multa hic fortiter gesserat, cum alibi tum in Apulia, apud Hydruntem, multis inde captivis, magna praeda et opibus adductis. nec scitur unde fuerit invidiae odiique origo, causam caedi eius dans.

Εἶτα στρατεύει ἐν Μαγνησίᾳ κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὃς τοῦτο ἀκούσας, ὅτι στρατεύει κατ' αὐτοῦ, ἐμβὰς εἰς ἃ εἶχε πλοιάρια ἔφυγε καὶ ἀπῆλθεν εἰς Αἴγυπτον, ζητῶν παρὰ τοῦ ἐκεῖ σουλτάνου βοήθειαν πρὸς τὸ ἀντιτάξασθαι τῷ ἀδελφῷ. ἀποτυχὼν δὲ ἀπελθεῖν εἰς προσκύνησιν εἰς Μέκκαν ἠθέλησεν. ὡς δὲ καὶ τοῦτο ἐκώλυσεν αὐτόν, ἔφυγε πάλιν καὶ ἀνῆλθεν εἰς Ῥόδον. ὑπεδέξαντο δὲ αὐτὸν οἱ Ῥόδιοι μετὰ χαρᾶς. ἐν ὅσῳ δὲ ἦν ἐκεῖ, οὐ διέλειπεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὁ βασιλεὺς φημὶ τῆς πόλεως, πέμπειν δωρεὰς πρὸς τοὺς ἐκεῖ, ἵνα φυλάττωσιν αὐτὸν ἀσφαλῶς. χρόνων δέ τινων διαδραμόντων ἀφῆκαν αὐτὸν γνώμῃ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ἀπῆλθεν εἰς Γένουβαν. ἐφοβεῖτο γὰρ ὁ ἀδελφὸς ἵνα μὴ περάσῃ ἐν τῇ ἀνατολῇ καὶ ποιήσῃ σκάνδαλον καὶ πόλεμοι γένωνται· ἐφοβεῖτο δὲ τὸ πλέον ἐκ τῶν Βαρσακίδων, οἳ οὐ καλῶς διέκειντο αὐτῷ. ἐποιήσαντο οὖν βουλὴν μετά τε τῶν Βαρσακίδων, μετὰ τῶν Τουρκατυρλίδων καὶ Καραμανιδῶν, ὅπως ποιήσωσι τὸν Τζέμην αὐθέντην ἐν τῇ ἀνατολῇ. ὃ δὴ ἐνωτισάμενος ὁ σουλτᾶνος τῆς πόλεως ἐμήνυσε τοῖς Ῥοδίοις, καὶ ἔπεμψαν αὐτὸν ἐν Ἰταλίᾳ. τέλος δὲ ἐκεῖ διερχόμενος κατήντησεν ἐν Ῥώμῃ. ὑπάρχοντος δὲ αὐτοῦ ἐκεῖ, διεμηνύσατο τοῖς Βενετίκοις, ἔχων φιλίαν μετ' αὐτῶν, ἵνα φαρμάκῳ διαφθείρωσιν αὐτόν. ὃ δὴ καὶ ἐποίησαν· ἔπεμψαν γὰρ πρὸς αὐτὸν ἀρ-

5. ἐν τῷ μεκὲ C

Posthac in expeditionem Magnesiam versus contra fratrem profectus est; qui hoc audito, nempe in se iri, conscensis, quae tunc suppetebant, navigiolis profugit in Aegyptum, ab huius sultano supplex opem, qua fratri obviam ire posset, petens. qua spe frustratus, Mecham ut religionis ergo peregrinaretur, in animum induxit. sed hoc etiam conatu a fratre deiectus, rursus fugam capessens, Rhodum petiit, ibique humaniter et cum gratulatione exceptus fuit. quamdiu autem ibi commoratus est, sine intermissione frater ejus, rex urbis, dona ad primores illius loci misit, petens illum tuto, ne qua effugeret, custodiri. aliquanto deinde tempore exacto inde emissus est, de sententia etiam fratris; ac se Genuam contulit. metuebat quippe rex ne in Orientem transiens turbas excitaret, e quibus bellum civile existeret. magis autem metu Barsacidarum commovebatur, quos animis non bene erga se affectos sciebat. initum nempe inter Barsacidas et Turcatyrlidas et Caramanidas (sic Cilices hodie appellantur) consilium creandi Zemae in Oriente regis erat. quod cum ad aures sultani urbis pervenisset, de eo Rhodios certiores fecit, qui hominem in Italiam ablegarunt. quo postquam delatus fuit, variis ibi peragratis locis tandem Romam incidit. ubi cum esset, cum Venetis pacem

χοντά τινα ἐπιτήδειον, ἐπιστάμενον τὴν Ἀράβων γλῶσσαν καλῶς, ὃς δὴ καὶ φιλίαν ὑποκριθεὶς ἔφαγε καὶ ἔπιε μετ' αὐτοῦ. καὶ οὕτω συνδιάγων ἐφάνη τελευτήσας ἐπὶ σημείοις φαρμακῶν. ἔπεμψαν δὲ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ ἐν Προύσῃ. ὕστερον δὲ ἐπέμφθησαν δῶρα τοῖς Βενετίκοις, καὶ ἐγένετο καὶ φιλία μεγάλη, πλὴν δολία καὶ εἰς κακόν. ἔπεμψαν δὲ καὶ ἐν πόλει τὸν δολιευσάμενον τὴν φαρμακοποσίαν καὶ τὸν θάνατον τοῦ Τζέμη αὐτοῦ, ᾧ ἐδωρήσατο ὁ αὐθέντης τῆς πόλεως, ὁ σουλτᾶνος, πολλά, ἵππους, ἱμάτια χρυσοῦφαντα καὶ ἄλλα. ἦλθε δὲ ἐπὶ ὀνόματι ἀποκρισιαρίου διὰ τὸ ἀνύποπτον. οὕτως οὖν ἐνδιάγων ἐν τιμῇ καὶ δωρεαῖς βασιλέως, ὡραῖος ὢν κάλλει ὑπὲρ πολλούς, εὑρέθη ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν τεθνηκὼς αἴφνης, οὔτε ἀσθενήσας οὔτε τι μαλακισθείς. οἶμαι δὲ ἔπιεν ἐξ' οὗ ἐκέρασεν, ἐν ᾧ μέτρῳ μετρήσας ἀντιμετρηθεὶς καὶ τὸ ζῆν ἐκμετρήσας.

31 *Ἐν δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐστράτευσε κατὰ Μολδοβλαχίας, καὶ ᾐχμαλώτισε τὸ Κελλήν, τὸ ἀσπρόκαστρον καὶ ἄλλα, λαβὼν πάντας αἰχμαλώτους, ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καὶ κομίσας ἐν πόλει. τὸ δὲ αἴτιον ἦν τῆς τοιαύτης ἐκστρατείας ὅτι ὁ πρώην Μολδαυίας ἄρχων ἐποίησε πόλεμον μετὰ*

20. *πογδανίας* C

et amicitiam sultanus habens, missa legatione, ab eis petit ut veneno illum de medio tollerent. quod et ab iis factum est. nam hominem claro loco ortum, eius rei artificem, Turcicae linguae bene peritum ad illum allegarunt. salutare hic comiter, in amicitiam se insinuare, una cibum capere. hoc convictu ita calente extinctus iacuit miser, haud obscuris veneni signis apparentibus. cadaver inde Prusam missum. insecuto tempore munera Venetias missa, gratiae amplis verbis actae, benevolentiae et amicitiae significatio illustris. sed latebat anguis in herba. missus et a Venetis in Constantini urbem veneficus ille propinator, mortis ipsi Zemae structor. qui ut venit, multis a sultano muneribus affectus est, equis, aurea veste et id genus aliis. venerat autem nomine et praetextu legati, quod nihil malae suspicionis esset. hoc modo ibi degens in honore et donis regiis, cum pulchritudine corporis praecederet multos, die quodam, en, repertus est repentino mortuus, nulla antegressa corporis infirmitate, aegritudine nulla. biberat scilicet bonus vir ex quo miscuerat, eadem mensura, qua mensus fuerat, recepta, vitaeque curriculo emenso.

1484 Altero anno imperii in Moldovalachiam copias sultanus duxit. cepit oppida, Ciliam, Asprocastrum et alia. inde quicquid virorum feminarumque cepit, in urbem traduxit. causa huius expeditionis erat quod superior Moldaviae princeps sultano Mechemetae bellum fecerat, in quo victoria potitus magnum Turcarum numerum deleve-

τοῦ σουλτὰν Μεχεμὲτ καὶ ἐνίκησεν αὐτόν, ἀφανίσας πλῆθος Ἀγαρηνῶν. ὅθεν οὗτος ἐπορεύθη κατ' αὐτοῦ, καὶ ταῦτα ἐποίησε τὰ δεινά.

Μετὰ δὲ παραδρομὴν ἐτῶν δέκα στρατεύει κατὰ τῶν Ἀλβανιτῶν. πορευθεὶς δὲ οὐδὲν ἴσχυσε, κωλυόμενος ἀπὸ τὸ τοῦ τόπου δύσβατον, πετρῶδες καὶ ὀρεσίβατον, οὗ ἔχουσι τὴν οἴκησιν· ἵπποι ἀναβαίνειν ἐκεῖ ἀδυνατοῦσιν. οὐδὲν δὲ ἄλλο ἐποίησαν, πλὴν ἁρπάσαντες τοὺς τυχόντας, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, καὶ πυρπολήσαντες πολλά, ἐν Κωνσταντίνου ἦλθον.

Οἱ δὲ Βενετίκοι ἐκτελέσαντες τὸν ἀδελφοῦ θάνατον τοῦ σουλτάνου ἤλπιζον εὑρεῖν τιμὴν παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν καὶ φιλίαν ἐφ' ὅρῳ ζωῆς, μὴ γινώσκοντες ὅτι ἡ φιλία αὐτῶν ψευδὴς καὶ δολία· ὅθεν καὶ ἐκαθέζοντο ἐν ἀμελείᾳ. οἱ δὲ Ἀγαρηνοὶ μενούσης τῆς εἰρήνης ᾠκονόμησαν πλοῖα στόλου πολλὰ καὶ ὥρμησαν κατ' αὐτῶν ἀπό τε ξηρᾶς καὶ θαλάσσης μετὰ τοῦ σουλτάνου ὁμοῦ. ἦν δὴ ἐν τῷ στόλῳ καπετάνιος ὁ Μουσταφα-πασιᾶς, ὃς γέγονεν ὕστερον καὶ βεζίρης. ἐχόντων δὲ τῶν Ἀγαρηνῶν στόλον πολὺν (ἐπέκεινα τῶν τριακοσίων, ἄνευ τῶν φορτηγῶν πλοίων τῶν μεγάλων καὶ δύο Μαγούνων τοῦ Κιαμάλη καὶ τὴν τοῦ Μπαρὰκ ῥεΐζη) εὑρέθη τῶν Βενετίκων καπετάνιος ὁ Λουρδᾶς· καὶ θεασάμενος τὸ πλοῖον τοῦ

rat. hinc causa accepta Baiazites ab urbe contra eum movit huiusmodique maleficia regioni intulit.

Post transcursum decennii in Albanos profectus est, nulla re me- 1492
morabili gesta, officiente locorum iniquitate, saxorum asperitate et altitudine montium, ubi suas illi sedes habent. eo autem ut ascendant equi, fieri non potest. itaque nihil profecerunt, nisi quod viros et feminas forte obviam factos rapuerunt et incendia multa fecerunt. postea Constantinopolin reditum.

Veneti, sublato fratre sultani, honorem sibi sperabant ab Agarenis et amicitiam per omnes dies vitae illius, nescientes amicitias illorum esse fucatas et fraudulentas. hinc segniter ipsi rebus providere. contra Agareni stante pace magnam classem aedificarunt, terrestrique et marino exercitu, ipso una veniente sultano, in eos ive-
runt. imperator classis erat bassa Mustaphas, qui postea visiri gra- 1498
dum assecutus est. eum autem Agarenica classis magna et potens esset (triremium equidem amplius trecentarum, praeter magnas onerarias naves et praeter duas ingentes tormentis omnique bellico apparatu instructissimas, Machonas appellatas, unam Ciamalae, alteram Baraci Reizae), advenit Venetorum imperator Lauredanus. hic ubi Baraci navigium conspexit, suspicabatur esse id cui Ciamala praeesset, qui

Μπαράκ, καὶ ὑποπτευθεὶς ὅτι ἔστι τοῦ Κιαμάλη ὅστις ἐκάκωσε τὴν Ἰταλίαν πολλά, ἁρπάσας καὶ ἀφανίσας Χριστιανοὺς οὐκ ὀλίγους, ὥρμησε κατ' αὐτοῦ μετὰ δύο καραβίων μεγάλων, καὶ ἐνέβαλον αὐτὸ εἰς τὸ μέσον καὶ ῥίψαντες ἀλύσσους ἔδησαν. πολέμου δὲ σφοδροῦ γεγονότος ἔπιπτον ἐξ ἑκατέρων πολλοί. θεασάμενος δὲ ὁ Μπαρακ-ῥεΐζης ὅτι οὐκ ἔστιν ἱκανὸς νικῆσαι ἐν τῷ τοιούτῳ πολέμῳ, ἔρριψε πῦρ ἐν μέσῳ τῶν καραβίων, καὶ ἧψαν καὶ τὰ τρία, καὶ οὕτω μὴ δυνηθέντα διαστῆναι ἀπ' ἀλλήλων ἀπετεφρώθησαν καὶ τὰ τρία ἐν μέσῳ τοῦ πελάγους. οἱ ἄνθρωποι δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Λουρδᾶς, οἱ μὲν ὑπὸ πολέμου οἱ δὲ ὑπὸ πυρός, ἄλλοι δὲ πεσόντες ἐν θαλάσσῃ καὶ
32 ἀποπνιγόμενοι, πάντες διεφθάρησαν. καὶ τοῦτο ἀκούσασα ἡ λοιπὴ ἀρμάδα (ὁ στόλος) εἰσῆλθεν εἰς τὸν Ναύπακτον· καὶ οὕτω μὴ δυνηθεῖσα ἡ ἀρμάδα τῶν Βενετίκων τι ποιῆσαι διὰ τὸ εἶναι καὶ ἀπὸ τῆς ξηρᾶς τὸν σουλτᾶνον, ἔμεινεν ἄπρακτος. ἔλαβε δὲ τὸν Ναύπακτον καὶ τὴν χώραν τὴν ἐκεῖ, τὸν Γαλατᾶν καὶ τὰ λοιπὰ χωρία εἰρηνικῶς προσκυνήσαντα αὐτὸν κατὰ τὸ ͵ζη' ἔτος. εἶτα ἀνῆλθεν ὁ σουλτᾶνος εἰς Ἀδριανούπολιν μένων ἐκεῖ. ὁ δὲ στόλος ἐποίησε τὸν χειμῶνα ἐν τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις καὶ παρέλαβε τὴν Μεθώνην, ὄντος ἔτι ἐκεῖ καὶ τοῦ σουλτάνου τούτου. ἐγένετο δὲ ἡ ἅλωσις αὐτῆς κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον. παρακαθημένου τοῦ σουλτάνου καὶ τοῦ στόλου ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας καὶ πολεμούντων, καὶ μὴ δυναμέ-

multum damni Italiae intulerat raptis in servitutem et morti datis Christianis haud paucis. confestim ergo irruere in ipsum duobus magnis navigiis; illud in medium amborum redigere, catenas iniicere et religare. fit pugna vehemens; cadunt utrinque multi. videns autem Baracus Reiza se victoriam obtinere non posse, ignem navibus iniicit, quo omnes tres flagrare coeperunt. cumque inter se cohaererent nec in vicem separari possent, omnes medio mari deflagratae in cineres abierunt. epibatae vero atque ipse adeo Lauredanus, quidam ferro, alii flamma, nonnulli saltu in mare et suffocatione, cuncti perierunt. qua re cognita reliqua classis in portum Naupacti invecta est: unde Venetae classi facultas non fuit quicquam agendi eo quod et in continenti sultanus cum copiis esset. cepit ergo hic Naupactum et adiacentem agrum, Galatam et reliqua oppida, citra pugnam, facta ab his deditione, 7008 anno. post haec gesta sultanus Adrianopolin ascendit ibique mansit. classis autem illis in partibus
1500 hiemavit, capta et Methone, cum quidem tunc rursus sultanus adesset. age vero, quomodo capta sit, dicamus. cum, sultano et classe eam obsidentibus ad multos dies et oppugnantibus, expugnatio nulla succederet (adeo munita erat illa urbs), cumque ab obsidione disces-

νων τι ποιῆσαι διὰ τὸ ὀχυρὸν τῆς πόλεως, καὶ μελλόντων παραιτήσασθαι τὸν κατ' αὐτῆς πόλεμον, ἐφάνησαν ἐν μιᾷ τῶν τοιούτων ἡμερῶν κάτεργα Βενετίκων φέροντα διατροφὰς καὶ ὅπλα καὶ ἀνθρώπους βοήθειαν· ἅτινα θεασάμενοι οἱ ἔνδον Μεθώνης κατήλθοσαν ἅπαντες εἰς τὸν αἰγιαλὸν ἀσπάσασθαι αὐτοὺς καὶ ἀποδεχθῆναι· ἦν δὲ πρωῒ πρωΐ. θεασάμενοι δὲ οἱ Ἀγαρηνοὶ τὰ ἐπάνω τείχη ἀνθρώπων χωρίς, ἐν μέρεσι μὴ οὖσιν ὑψηλοῖς, θέντες κλίμακας καὶ παττάλους σιδηροῦς ἀνέβησαν, καὶ μᾶλλον οἱ γενίτζαροι, καὶ θέντες σημαίας αὐτῶν ἐβόησαν βοήν, ὡς ἔθος, τῆς νίκης· καὶ οὕτως εἰσῆλθον πολλοὶ καὶ ἥρπαζον γυναῖκας καὶ παιδία. μαθόντες δὲ οἱ ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ αἰγιαλοῦ καταβάντες τὴν εἰσβολὴν τῶν Ἀγαρηνῶν ἀνῆλθον εἰς τὰ ἄνω μέρη καὶ ἔρριπτον πῦρ κατ' αὐτῶν καὶ ἄλλα ἐποίησαν πολλά. πλὴν ὑπερίσχυσαν οἱ Ἀγαρηνοὶ καὶ ἔλαβον τὴν πόλιν ταύτην. ἔπειτα συνάξαντες πάντας τοὺς ἄνδρας ἀπὸ ιβ' ἐτῶν καὶ ἄνω ἀπεκεφάλισαν.

Ταῦτα δὲ ἀκούσαντες οἱ ἐν τῇ Κορώνῃ καὶ δειλιάσαντες ἑκόντες ἔπεμψαν τὰς κλεῖς τῆς πόλεως αὐτῶν, τὰ ὅμοια μὴ παθεῖν· καὶ οὕτως ἐποίησαν αὐτοῖς οὐδὲν κακόν, ἓν δὲ μόνον, ὅτι ἐξέβαλον τοῦ φρουρίου καὶ ἀφῆκαν μόνον Ἀγαρηνοὺς φυλάττειν αὐτό. τὰς δὲ ἐναπομεινάσας γυναῖκας καὶ τὰ παι-

5. Μοθώνης A hoc loco et supra

suri essent, conspectae sunt quodam eius temporis die naves a Veneta urbe venientes, ferentes commeatum arma militem salutis obsessorum causa. quibus oppidani visis cuncti in littus ad salutandum excipiendumque decurrerunt, idque summo mane. Agareni ex altera parte conspicati superiora moenia propugnatoribus nudata, ipsi, quibus partibus minus altitudinis erat, scalis admotis uncisque ferreis impactis ascenderunt, in primis ianizari. ibi defixis vexillis suis victoriam more suo conclamarunt. magna iam hinc multitudo ingressa, feminae puerique rapti. tumultu ad illos qui in littus descenderant ex irruptione hostis perlato, continuo ipsi in superiora urbis recurrere, ignem in barbaros iaculari, nihil denique ad defensionem omittere. verum superior res Agarena fuit, urbeque potita est. dehinc, quicquid marium a duodecimo aetatis anno, aut aliquanto superius fuit, in unum locum conductum est et capitali supplicio sublatum.

Haec tristissima cum ad cives Coronae allata essent, pavore exterriti sponte sua claves oppidi sui miserunt, simile a se deprecantes exitium. hoc modo conservati sunt, nulla iniuria accepta nisi hac, quod e patria exterminatis soli Agareno generi in custodiam commissum oppidum. mulieres autem et pueri, qui Methonae remanserant,

δία τῶν Μοθωναίων διέσπειραν ἐν ἀνατολῇ καὶ δύσει αἰχμάλωτα.

Ἐπροσεκύνησε δὲ ἐθελουσίως καὶ ἕτερον φρούριον, ἐν ὕψει κείμενον, λεγόμενον νῦν Βαρῖνος.

Ἐπανελθόντος δὲ τοῦ σουλτάνου ἐν τῇ Κωνσταντίνου,
33 *εἰρήνευεν ἐπὶ ἔτη πολλὰ διὰ τὸ πεσεῖν ἐν ἀσθενείᾳ μεγάλῃ τῆς ἀρθρίτιδος· καὶ οὕτω μαλακῶς ἔχων καὶ ἄκων ἐποίησε σπονδὰς μετὰ πολλῶν.*

Πατριαρχεύσας δὲ ὁ κύριος Συμεὼν ἔτη ἓξ ἐκοιμήθη. εἶτα συνεκροτήθη σύνοδος ἀπό τε τῶν ἀνατολικῶν καὶ τῶν δυσικῶν ἀρχιερέων, ἐν οἷς ἦν ὁ Ἐφέσου Δανιήλ, ἀνὴρ λόγιος καὶ ὁ Θεσσαλονίκης Νήφων. καὶ ποιήσαντες ψήφους ἐκκλησιαστικῶς ἀνεβιβάσθη εἰς τὸν θρόνον πατριαρχεῖον ὁ Θεσσαλονίκης. ὑπάρχων δὲ ἀνὴρ σοφός, εἴπερ τις ἄλλος τῶν κατ' ἐκείνοις τοῖς χρόνοις, ἐποίει διδαχὰς ἐπ' ἄμβωνος λογίως καὶ θαυμασίως. ἦν δὲ τὴν πατρίδα Πελοποννήσιος, πατέρα μὲν κτησάμενος Ἄλβανον πλούσιον καὶ ἄνδρα πεπαιδευμένον, μητέρα δὲ Ῥωμαίαν ἐξ εὐγενῶν. ὃς ποθήσας τὴν τῶν μοναχῶν πολιτείαν, ἀφεὶς τοὺς γονεῖς, ἐν ὄρει τοῦ Ἄθωνος τῷ ἁγίῳ λεγομένῳ ἀπῆλθε, καὶ ἡσύχαζεν ἐκεῖ. ὅπου καὶ ἱερεὺς ἐγένετο ἐν μοναστηρίῳ ἐπ' ὀνόματι τιμωμένῳ τοῦ παντοκράτορος.

4. *Βαρῖνος τὸ πάλαι Πύλος, πατρὶς τοῦ Νέστορος, τὸ καὶ κορεφάσιον λεγόμενον*

captivorum condicionem subire coacti per Orientem et Occidentem dispersi sunt.

His accessit et alius cuiusdam oppidi, in edito loco siti, quod hodie Barinus nominatur, ultronea deditio.

Reversus Cpolin sultanus multos annos pacem coluit; nec eam sua voluntate, sed quod magnis articulorum doloribus cruciaretur; quae debilitas et languor indutias et foedera quamvis invitum facere cum multis coegit.

Patriarcha Symeon cum sexennium ecclesiae praefuisset, placido somno emigravit. convocatum inde concilium ecclesiasticorum procerum, tum ex Oriente tum ex Occidente; inter quos tunc conspicui erant Ephesi praesul Daniel, eruditione praestans, tum Thessalonicae Nipho. suffragiis inde ex ecclesiae ritu latis in patriarchicam dignitatem exaltatus fuit Thessalonicensis. cum autem ea doctrina esset qua haud temere quisquam ea tempestate alius, erudite pro concione et admirabiliter docebat. erat e Peloponneso oriundus; patrem habuerat ex Albania, virum divitem et literis excultum, matrem autem Romani (hoc est Graeci) generis, nobili loco natam, incensus ipse amore vitae solitariae, parentibus relictis, in montem Atho (hodie

ἐπεὶ δὲ Θεσσαλονίκη τὸν ἴδιον ποιμένα ἀπέβαλεν, οἱ Θεσσαλονικεῖς τὴν ἀγαθὴν φήμην ἀκούοντες τοῦ ἀνδρός, μεταπεμψάμενοι καὶ ἀξιώσαντες ποιμένα αὐτὸν ἐκατέστησαν καὶ μὴ θέλοντα. πλὴν ἤκουσε τῶν ἐκεῖ μοναχῶν κινησάντων αὐτὸν διὰ τὴν πολλῶν σωτηρίαν.

Μετὰ δὲ τὸν θάνατον οὗ εἴπομεν πατριάρχου Συμεῶνος ὁ πλοῦτος αὐτοῦ, ἐπειδὴ ζῶν οὐδέν τι ᾠκονόμησεν, ἐγένετο αὐθεντικός, γινώσκοντος τοῦ χασνατάρι Ἀγαρηνῶν, τοῦ Τραπεζουντίου Σκεντερμπέϊ τοῦ υἱοῦ Ἀμυρούτζη, ὅτι κληρονόμον οὐκ εἶχεν. οὐ μόνον δὲ τὰ ἑαυτοῦ ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν ἀφιερωμένων ἐγένοντο αὐθεντικά. καὶ τούτου ἕνεκα καὶ πολλοὶ τῶν κληρικῶν εἰσῆλθον ἐν φυλακῇ. ταῦτα δὲ θεώμενος ὁ πατριάρχης, ὅπως ἀφιερωμένα ἱερὰ σκεύη, ἄξια ὑπὲρ τριῶν χιλιάδων χρυσίνων ἔλαβον, καὶ τοὺς κληρικοὺς ἐν φυλακῇ εἶχον, καὶ ἄλλα ζητοῦντες, καὶ βουλόμενος κἂν ταῦτα ἐλευθερωθῆναι, ἐπλάσατο ὅτι Βασίλειός τις ἐστιν αὐτοῦ ἀνεψιός, καὶ οὕτως ἐμαρτυρήθη, εἰ καὶ οὐκ ἀληθῶς. γινώσκοντος δὲ τοῦ αὐτοῦ χασνατάρι τὸ ἀληθές, ἠνάγκασε καὶ ἀπέκοψαν μὲν τὰς ῥῖνας τῶν μαρτυρησάντων, αὐτῶν τριῶν ὄντων μοναχῶν, ὠργίσθη δὲ καὶ ὁ σουλτᾶνος τὸν οἰκονομήσαντα ταῦτα καὶ

8. χασνατάρι ὁ θησαυροφύλαξ τοῦ βασιλέως

sanctus mons vocatur) abiit, ibique rebus sacris vacavit, factus ibi sacerdos in monasterio quod nomini Pantocratoris consecratum est. cum autem Thessalonica pastorem suum amisisset, incolae huius urbis, audita virtute et eruditione viri acciverunt, rogarunt, invito pedum pastorale tradiderunt: invito, inquam, vix a monachis eius loci ob multorum salutem persuaso.

Denique divanus (supremum consilium) neglecta consuetudine salubri diffidendi Albanis, primum fecit Albanum pascham Ioanninae, Suleimanem Argyrocastrensem, hominem dignum quidem, sed inquietum, crudelem, violentum. hic persecutus est Harmatolos multorum locorum Epiri, et hanc exercitus partem Christianorum compressit. deinde praesidem Zagorii Georgium, filium antea commemorati Misi, hominem generosum et in negotiis exercitatum interfecit, qui eius violentae et rapaci administrationi resistebat. Interfecit etiam alios potentia aut divitiis insignes. sed postremo multae Constantinopolim delatae querelae Christianorum iram regis moverunt, qui eum necari iussit.

In eius locum successit Ioannita Kalopascha, omnino hic Othomanus piger homines gubernavit minore cum violentia, tamen secutus malum ab eius antecessore datum exemplum, praesidem Bradetinum, Nutzum, dolose interfecit, et paulo post ipse mortuus est.

Post hunc Beratinus Curtes constitutus est paschà Ioanninae et dux Derbenniorum Thessalicorum. hic Albanus odium magnum contra Harmatolos Christianos ab initio ostendit, et cum contra eos sine necessitate et persecutiones occultas et bella aparta et dolosa move-

καὶ πεισματικούς, ἠνάγκασε πολλοὺς νὰ καταφύγουν εἰς τὰ βουνά, ὅθεν καταβαίνοντες ἔπειτα ἐλεηλατοῦσαν τοὺς τόπους του. ἐδιοίκησε δὲ ὡς δεκαπέντε χρόνους, πότε μὲ σφοδρότητα καὶ πότε μὲ σταθερότητα, καὶ ἀπέθανε φαρμακωθείς, ὡς λέγεται. τὸν διεδέχθη δὲ ὁ Τεπελενιώτης Ἀλῆ πασᾶς.

ret, multos in colles confugere coegit, unde postea degressi eius loca populati sunt. administravit munus per 15 annos, interdum cum vehementia quadam, interdum cum firmitate et mortuus esse veneno dicitur. eum secutus est Tepeleniotes Alî pascha.

VI. *)

Οἱ θεοὶ τὰς ἐπιβουλὰς αὐτῶν, καὶ μέλλει νὰ κατακαύσουν τοὺς τόπους ἐκείνους καὶ τοὺς ἀνθρώπους· ἀλλ' ἡμεῖς ῥήχνοντες εἰς τὸ μαντεῖον τοῦ Ἀπόλλωνος, ἔτζη μᾶς ἐδίδαξε νὰ φύγωμεν ἐκείνην τὴν ὀργήν· καὶ ἔχομεν βοηθὸν τὸν θεὸν τὸν Πᾶνα, ὃς ἑρμηνεύεται θεὸς τῶν πάντων. καὶ ἀκούσαντες οἱ ἐν Τρίκκῃ παρὰ τοῦ Ἄτλαντος ταῦτα ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην, καὶ ἐφίλευσαν αὐτοὺς φιλοφρόνως. καὶ περνώντων τὸ Πίνδου ὄρος ἦλθεν ὁ λόγος εἰς τὸν Δαμάστριον, ἐξουσιαστὴν τῆς Ἠπείρου, καὶ ἐθαύμαζε πῶς καὶ τί μέλλει νὰ κάμῃ τόσον πλῆθος, καὶ ἔδωκέ τους στράταν, καὶ ἐδιάβησαν διὰ

*) Fragmentum, quod sequitur historicum, datum mihi est anno 1806 ab episcopo Dryinopolis, quum in Angelo-Castro morarer. manuscriptum, complexens viginti paginas scriptas, parva forma quarta, neque initium habebat neque finem. POUQ. idem p. 357: scriptorem, quem verti, ex stilo coniicere nos sinit, scripsisse eum ineunte fere decimo septimo saeculo, et opus eius interpretationem esse graecam vulgarem ex manuscriptis, quae ignoramus, et ex traditionibus, quae apud Bardos sive montanos Albaniae altae reperiuntur, ubi ut apud rusticos Scotiae, heroicorum temporum historia in carminibus popularibus servata est. Chronographus, plane rudis criticae, nihil quaesivit nisi quod ipsius imaginationi placebat, et de fabulis quam maxime ineptis peccata in temporis ratione accumulans, ordinem chronologicum posthabuit insolenti amori rerum mirificarum.

VI.

Dei consilia eorum, et crematurus esset loca et homines, sed nos conversos ad oraculum Apollinis ille edocuit, quomodo iram illam vitaremus, et auxilio adhibuimus deum Pana, qui dicitur deus rerum omnium. quod cum audivissent ex Atlante Triccae incolae, magnopere gavisi sunt, eosque amicissime exceperunt, cumque illi Pindum montem superarent, relatum est ad Damastrium, principem Epiri, et miratus, quid multitudo tanta esset actura, iter iis concessit, (nam

τοῦ Ζαγορίου, καὶ ὁδηγοὺς νὰ τοὺς περάσουν ἐκ τῆς Ζαμβρῆς, καὶ νὰ τοὺς εὐγάλουν εἰς τοὺς ἐρήμους τόπους καὶ ἀκατοικήτους. καὶ οὕτως ἐπειδὴ φθάσαντες εἰς τὴν ἔρημον ἐκείνην δὲν εἶχαν μὲ τί νὰ τρέφωνται, ἐκατασκεύασαν τέχνας καὶ ἐμάζοναν τὸ μελίδρυον, καὶ ἐτρέφοντο μὲ αὐτὸ χρόνους ἑξῆντα τέσσαρας, διότι πολὺ ἔπιπτεν ἐκ τῶν δένδρων μέλι, ὅτι ὁ κάμπος ἐκεῖνος ὅλος εἶχε δένδρα δρυός. καὶ ἐξ αὐτῶν ὠνόμασαν καὶ τὴν πόλιν, τὴν ὁποίαν ἔκτισαν, Δρυϊνόπολιν.

Ὁ δὲ Τῖτος ἀποκτίσας τὴν Δρυϊνόπολιν κατέβη εἰς τὸ στενὸν τὸ ἀντικρὺ τοῦ Ἀλβανιτικοῦ μέρους, ὅπου διαχωρίζει τοὺς τόπους ὁ Βιοτικὸς ποταμός, καὶ ἔκτισε κάστρον, καὶ τὸ ὠνόμασε Τιτούπολιν, ἥ τις τὰ νῦν Τεπελένη λέγεται.

Οἱ δὲ Μολοσσοὶ ὡς ἔμαθον ὅτι ἐκατοικήθη ὁ ἔρημος ἐκεῖνος τόπος ἀπὸ Ἀθηναϊκὸν γένος, ἔστειλαν πρὸς τὸν Ἀϊδώνιον νὰ τοὺς δώσῃ βοήθειαν νὰ κάμουν πόλεμον καὶ νὰ τοὺς διώξουν ἐκεῖθεν. ἀλλ' ὁ Ἄτλας ἔχων μετ' αὐτοῦ τὸν σοφὸν Ἀριστόβουλον, τὸν συμμαθητὴν τοῦ Ἀφειδία, τὸν ἔστειλε πρὸς τὸν Ἀϊδώνιον πρέσβυν ἀγάπης· καὶ οὗτος ἔστειλε πρὸς τὸν Γαλιρίωνα, ἐξουσιαστὴν τῶν Μολοσσῶν, καὶ ἐτελείωσε τὴν ἀγάπην ἀναμεταξύ των μὲ ὑποσχέσεις, ὥστε ποτὲ νὰ μὴν ἠμποροῦν νὰ κάμουν μάχην, καὶ νὰ συγχίζουν ἕνας τὸν ἄλλον. καὶ οὕτως ἐπέρασαν χρόνους κδ'.

transgressi sunt per Zagorium), et viae duces, ut eos transmitterent e Zambra, et in loca deserta et inhabitabilia ducerent. atque sic cum in illam solitudinem venissent, neque quidquam haberent, qui viverent, artes sibi comparaverunt, et mel quercuum deligebant, et illo annos sexaginta quattuor nutriebantur, quia multum mel ex arboribus redundabat, et campus ille totus quercus habebat, propter quas etiam urbem, quam condiderunt, Drynopolim (urbem quercuum) nominarunt.

Titus autem, cum Drynopolim condidisset, in angustias quae Albaniae erant contrariae descendit, ubi Bioticus fluvius loca dividit, et castellum condidit, idque nominavit Titopolim, quod quidem nunc vocatur Tepelene.

Molossi autem cum cognovissent desertum illum locum habitari a gente Atheniensi, quendam ad Aïdonium miserunt, ut auxilium concederet, si bellum moverent, eosque ex eo loco pellerent. sed Atlas, qui secum habebat sapientem Aristobulum, Aphideae condiscipulum, hunc misit pacis legatum ad Aidonium, et hic misit quendam ad Galirionem, principem Molossorum, et pacem inter eos conciliavit cum promitterent, se neque bellaturos inter se neque vexaturos esse, atque sic quidem annos viginti quatuor degerunt.

Τοῦτον δὲ τὸν χρόνον ἐδόθη φήμη εἰς τὸν Ἄλβαν, ὅς τις εἶχε κτίσει τὴν Ἀλβιούπολιν τὴν νῦν λεγομένην Ἀλβασάνι καὶ ἔστειλε νὰ ἰδῇ τί γένος εἶναι ἐκεῖνοι οἱ νεοκατοίκητοι ἄνθρωποι. οὗτοι δὲ τὸν ἀπεκρίθησαν τὴν ἀλήθειαν δι' ὅσα τοὺς συνέβησαν, καὶ εὐθὺς ἐκίνησε μὲ μερικὸν στράτευμα καὶ ἦλθεν ἀντικρὺ τῆς Τιτουπόλεως, καὶ ἐζήτησε νὰ ἰδῇ τὸν πρῶτον αὐτῶν. ὁ δὲ Τῖτος ἐπέρασεν εὐθὺς μὲ τεσσαράκοντα ἄνδρας ἐκλεκτοὺς καὶ ὡραίους· καὶ ὡς τοὺς εἶδεν ὁ Ἄλβας, ἐθαύμασε τὴν εὐμορφίαν τῶν ἀνδρῶν, καὶ συνομιλῶν πολλά, καὶ διηγουμένων αὐτῶν τὰ ἆθλα τῆς πατρίδος των, ἔμεινεν ἐκστατικός, συλλογιζόμενος τί νὰ κάμῃ, ὅτε ἐφοβεῖτο μή πως ποτε ἤθελαν πληθυνθῇ καὶ ὑποτάξει τοὺς τόπους του. ἀλλ' ὡς φρόνιμος ὁ Τῖτος ἐκατάλαβε τὸν στοχασμόν του, καὶ τὸν ἀπεκρίθη μὲ λόγους πιθανοὺς ποτέ, λέγων "ὦ ἀγαπητέ, μὴν ἔχε τοιοῦτον συλλογισμόν, ὅτι εἴμεθα ξένοι καὶ τῆς φιλτάτης μας πατρίδος ἐξόριστοι, καὶ ἐπαρακαλέσαμεν τὸν θεὸν Πᾶνα νὰ μᾶς καταστήσῃ εἰς τόπον εἰρηνικόν. ὅμως ἄν τις ἤθελε μᾶς ἐγγίξει χωρὶς αἴτιον, τότε βάνομεν τὴν ζωήν μας εἰς θάνατον, ὡς ἐξόριστοι καὶ ἀπηλπισμένοι." ἀκούσας ταῦτα ὁ Ἄλβας ἐπίασε τὸν Τῖτον καὶ τὸν ἐφίλησε τρίς, λέγων "καὶ ἐγὼ εἰρήνην θέλω μ' ἐσᾶς, καὶ μάλιστα διὰ τὴν εὐμορφίαν καὶ εὐγλωττίαν σας θέλω ἀκόμη νὰ μοὶ δώσητε τρεῖς κορασίδας τὰς ἐκλεκτοτέρας καὶ τρεῖς νέους ἐκ τοῦ γένους σας,

Hoc autem tempore fama ad Albam delata est, qui condiderat Albiopolim, quae nunc vocatur Albasani, et misit quendam, ut cognosceret, quid generis essent illi advenae, hi autem ei verum responderunt de iis, quae iis acciderant, statimque ille cum parte exercitus egressus ante Titopolim venit, et petivit, ut principem eorum videret, Titus autem cum quadraginta hominibus delectis et pulchris statim advenit; quos cum Albas videret, pulchritudinem hominum admiratus est, et cum multa cum iis colloqueretur, illique certamina patriae suae narrarent, obstupuit, secum reputans, quid facturus esset, quia metuebat, ne quando aucti loca subiicere vellent. sed Titus, qua erat prudentia, eius consilium animadvertit, eique verbis placidis respondit, aliquando tandem, inquit, carissime, tecum reputes, nos esse peregrinos et patria nostra carissima expulsos nosque Pana deum advocasse, ut constitueret nos in terram pacatam. tamen si quis sine causa nos vexare velit, tum vitam nostram defendemus usque ad mortem, ut expulsi et desperantes. quae cum audivisset Albas, amplexatus Titum ter est osculatus, et, ego quoque, inquit, vobiscum pacem sustinere volo, et praecipue propter pulchritudinem et elo-

καὶ νὰ σᾶς δώσω καὶ ἐγὼ τρεῖς κορασίδας ἐκλεκτὰς καὶ τρεῖς νέους." καὶ ἀκούσας ὁ Τῖτος ὑπεσχέθη. ὅμως ἔστειλεν εὐθὺς καὶ ἔκρυψε τὰς ὡραίας κόρας καὶ γυναῖκας, καὶ εὔγαλε τὰς κατωτέρας, καὶ βλέπων ἐκεῖνος αὐτὰς ἀσχήμους ἐθαύμαζε, τί φυσις γεννᾷ τοιούτους ἄνδρας ὡραίους μὲ τόσον ἀσχήμους γυναῖκας. ἀλλὰ πάλιν ἐστάθη εἰς τὸν λόγον του ὁ Τῖτος, καὶ τὸν ἔδωσε τρεῖς κόρας καὶ τρεῖς νέους, ὁποίους ἠθέλησεν ἀπὸ τοὺς ἀνυπάνδρους. πρὸς τούτοις ἠρώτησεν ὁ Ἄλβας τί εἶναι ἡ τροφή των, καὶ ἀπεκρίθησαν, μελίδρυον καὶ ἄγριον κρέας· καὶ ἐζήτησε καὶ ἔφαγεν ἐκ τοῦ μελιδρύου καὶ αὐτός, καὶ ἐθαύμασε πῶς ἔζησαν μὲ αὐτὸ μόνον χωρὶς ψωμί. ἐλθὼν δὲ εἰς τὸν τόπον του ἔστειλε καὶ αὐτὸς τοὺς τρεῖς νέους καὶ τὰς τρεῖς κορασίδας, ὡς ἐσυμφώνησαν· ἐξ αὐτῶν ἡ μία ἦτον ἀνεψιὰ τοῦ Ἄλβα, εὔμορφος καὶ πολλὰ πλουσία, λεγομένη Χομήλη, τὴν ὁποίαν ἔλαβεν εἰς γυναῖκα ὁ υἱὸς τοῦ Τίτου Ζωΐλος. τοὺς ἔστειλε δὲ ὁ Ἄλβας καὶ τρία φορτώματα γέννημα, ἓν ῥόβι, ἓν κεχρὶ καὶ ἄλλο σῖτον διὰ νὰ σπείρουν· καὶ οὕτως ἐπολλαπλασιάσθη τὸ γέννημα εἰς τοὺς τόπους των.

Τοῦτον δὲ τὸν χρόνον ἔμαθον οἱ Ἀθηναῖοι τὴν εὐτυχίαν τοῦ Ἄτλα, καὶ ἐλυπήθησαν· καὶ μὴν ἔχοντες ἄλλα τί νὰ κάμουν, ἔβαλαν διαλαλητὰς εἰς ὅλους τοὺς τόπους των,

quentiam vestram, volo igitur, ut tres puellas insigniores et tres iuvenes e genere vestro mihi detis, et ego quoque vobis tres puellas insignes et tres iuvenes dabo. his auditis Titus illud promisit, tamen statim aliquem misit et virgines et mulieres pulchras abscondidit et pulchritudine inferiores obtulit; quas quidem deformes cum ille videret, miratus est, quomodo natura tales viros pulchros cum mulieribus tam deformibus procrearet, sed Titus rursus venit ad colloquium, eique dedit tres puellas tresque iuvenes, quos volebat, ex iis, qui matrimonii erant expertes. praeterea Albas rogavit, qui esset victus eorum, et responderunt mel quercuum et caro bestiarum ferarum, et petebat haec et mellis parte vescebatur et ipse, et miratus est, quomodo hac una re sine pane viverent. cum autem in terram suam venisset, tres iuvenes et puellas tres et ipse ex pacto misit, quarum una erat filia fratris Albae, pulchra et valde dives, nomine dicta Chomele, quam in matrimonium duxit Zöilus Titi filius. Albas autem iis etiam tria onera granorum, unum viciae, unum milii et aliud frumentum, ut ea sererent, misit, atque sic auctum est in eorum terris frumentum.

Hoc tempore Athenienses fortunam Atlantis cognoverunt, et dolebant, et cum aliud non possent facere, in totam regionem praecones celeriter miserunt, ne nomina illorum unquam, neque Atlantis

ὅτι τὰ ὀνόματα ἐκείνων νὰ μὴν ἀναβάνωνταί ποτε αὔτε Ἄτλα οὔτε Τίτου, οὔτε εἰς κανένα ἱστορικὸν νὰ φαίνωνται, οὔτε νὰ ὀνομάζωνται γεννήματα τῶν Ἀθηνῶν, γράψαντες καὶ κατὰ τοῦ σοφοῦ Ἀριστοβούλου εἰς ὅλους τοὺς τόπους, ὅτι εἶναι ψεύστης καὶ ἀπατεών, καὶ νὰ μὴν ἤθελε βαλθῇ καὶ αὐτοῦ τὸ ὄνομα 'διὰ καμμιᾶς λογῆς μνήμην πούποτε· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε ὁ Ταλκανιώτης ἱστορικὸς ἐτόλμησε ν' ἀναβάλῃ δι' ἐνθυμήματα τὰ ὀνόματα τούτων. τὸ δὲ γένος τοῦ μὲν Ἄτλα ἦτον ἐκ τῶν λεγομένων Πεδιαίων, τοῦ δὲ Τίτου ἐκ τῶν Διακρίων. ἀλλ' εἷς μαθητὴς τοῦ Σόλωνος, Ἐπικύδης τὸ ὄνομα, ὢν διωγμένος εἰς τοὺς Δελφούς, ἔγραψεν ὀλίγας ἐνθυμήσεις περὶ τούτων τῶν ἡρώων ἀνδρῶν.

Τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν ἐσηκώθη ἕνας καὶ ἐθανάτωσε τὸν Ἄτλαν εἰς τὸ ἱπποδρόμιον, ἐν ᾧ ἔτρεχαν. φοβηθεὶς δὲ ὁ Τῖτος ἔβαλε τὴν Χομήλην, καὶ ἔκτισε κάστρον εἰς τὸ ὄνομά της εἰς τόπον πολλὰ εὔμορφον, ἔχοντα γύροθεν κάμπους, καὶ πλησίον ἐκ μὲν τοῦ ἑνὸς μέρους ποταμὸν Δρυΐτην, ἐκ δὲ τοῦ ἄλλου Πιξότην ποταμόν, ὥστε νὰ μὴν ἠμποροῦν ποτὲ οἱ Δρυϊνοπολῖται νὰ κάμουν ἐπανάστασιν κατὰ τῆς Τιτουπόλεως διὰ τὸν φόβον καὶ τὴν μεγαλειότητα τοῦ θείου της Ἄλβα. ἰδόντες δὲ οἱ Δρυϊνοπολῖται τὸν θάνατον τοῦ Ἄτλα ἐλυπήθησαν σφόδρα, καὶ ἔβαλαν εἰς τὸν θρόνον υἱὸν αὐτοῦ Στράτωνα· καὶ οὕτως ἐστάθησαν εἰρηνικὰ χρόνους ἑπτά.

neque Titi commemorarentur, neve in ullius historici libro apparerent, neve liberi Athenarum nominarentur, et in totam regionem etiam contra Aristobulum sapientem literas miserunt dicentes eum esse mendacem et fraudatorem, neve eius mentio ullis literis fieret unquam, atque propterea nomina eorum ne Talcaniotes quidem historicus in memoriam revocare ausus est; gens autem Atlantis erat inter eos, qui vocabantur Pediaei, Titi gens inter Diacrios. sed discipulus Solonis, nomine dictus Epicydes, expulsus Delphos, horum heroum mentionem passim fecit.

Hac tempestate surrexit quidam et Atlantem in hippodromo necavit, ubi tum maxime ludos currendi celebrarunt. Titus autem metu perductus Chomelen urgebat, et castellum ex nomine eius in loco valde pulchro condidit, qui circumdatus erat campis, et prope se ab altera parte Dryiten fluvium habebat, ab altera fluvium Pixoten, ita ut Drynopolitae et propter metum et propter magnitudinem avunculi eius Albae contra Titopolim impetum facere non possent. morte autem Atlantis audita Drynopolitae valde doluerunt, et regem extulerunt filium eius Stratonem, atque sic per annos septem in pace degerunt.

Τοῦτον δὲ τὸν χρόνον ἐσηκώθησαν οἱ Βελαρῖται, καὶ ἐπατοῦσαν τὸ Χαονικὸν μέρος· καὶ βλέπων ὁ Στράτων ὅτι δὲν ἠμπορεῖ νὰ κάμῃ τίποτε ἀλλέως, ὑπῆγε καὶ ἔκτισεν ἐκεῖ κάστρον, καὶ τὸ ὠνόμασε Χαονίαν πόλιν, ὅπου ἔβαλεν ἑπτακοσίους ἄνδρας, καὶ εἰς τὸ Δέλιον, ὅπου εἶχε κτίσει φρούριον ὁ Ἄτλας πλησίον τῆς Ζαμβρῆς ὡς ὡρῶν διάστημα δύο. ἡ δὲ ἀδελφὴ τοῦ Στράτωνος, τὄνομα [Ἀρίστη], ἔκτισεν ἕτερον φρούριον κατὰ τὸ μέρος τοῦ Ἀϊδωνίου, καὶ τὸ ὠνόμασεν εἰς τὸ ὄνομά της Ἀρίστιον. ὁ δὲ Στράτων ἔκτισε καὶ ἕτερον φρούριον πρὸς τὸ κάτω μέρος τῶν Μολοσσῶν, καὶ τὸ ὠνόμασε Γάρδιον.

Μετὰ δὲ χρόνον ἕνα ἐσηκώθησαν τινὲς Μολοσσοί, καὶ ἐκούρσευαν τὰ ἀντικρὺ τῆς Χομήλης· καὶ ἀπὸ τοῦτο παρακινηθεὶς ὁ Ζωΐλος ἔκτισε φρούριον εἰς τὰ στενὰ μεταξὺ τῶν Μολοσσικῶν βουνῶν καὶ Χειμάρρας, καὶ τὸ ὠνόμασε φρούριον Ζωΐλου.

Μετὰ δὲ τὸν θάνατον τοῦ Ἀϊδωνίου ἐξουσίασεν ὁ υἱὸς αυτοῦ Γλύκων· τὴν δὲ ἀδελφὴν αὐτοῦ Δοβίλην ἔδωσε τὸν υἱὸν τοῦ Ἄτλα Φιλήμονα εἰς γυναῖκα διὰ τὴν ὡραιότητα αὐτοῦ καὶ εἰρήνην παντοτεινήν. ἡ δὲ Δοβίλη ἐξωδίασε καὶ κατεσκεύασεν ἔξω τῆς Δρυϊνοπόλεως τόπον ἀγορᾶς καὶ ἐργαστήρια· καὶ ἔφερε καὶ τεχνίτας νὰ δουλεύωσιν ἀνυφαντικά. ἐκ δὲ τοῦ ὄρους τοῦ πέραν τοῦ ποταμοῦ ἔφερε μὲ ἔξοδα μεγα-

Hoc antem tempore Belaritae surrexerunt et partem Chaoniae vexarunt, atque Strato, cum videret, aliud se facere non posse, advenit et castellum ibi condidit et Chaonopolim vocavit, ubi septingentos homines constituit, et in Delio, ubi castellum Atlas prope Zambram duarum spatio horarum condiderat. soror autem Stratonis, Ariste, aliud castellum in parte Aidonii condidit, et ex nomine suo Aristium appellavit. Strato autem etiam aliud castellum in parte inferiore Molossorum condidit, et Gardium vocavit.

Anno autem post Molossi nonnulli surrexerunt, et in regionem Chomeles incursiones fecerunt, atque propterea Zoilus castellum in angustiis inter colles Molossicos et Chimarrae condidit, et illud nominavit castellum Zoili.

Mortui autem Aidonii filius Glycon regnavit, qui sororem Dobilen Atlantis filio Philemoni propter pulchritudinem eius et pacem sinceram nuptui dedit. Dobila autem paravit et constituit extra Drynopolim locum fori et tabernas, et adduxit artifices, ut artem textorum exercerent, e monte autem, qui trans fluvium situs est, sumtibus

λώτατα νερὸν εἰς τὸ κάστρον τῆς Δρυϊνοπόλεως, καὶ τὸ ὠνόμασε νεόκορον ὕδωρ. ὁ δὲ Στράτων ἔζησε χρόνους λγ΄.

Μετὰ τοῦτον ἐξουσίασεν Ὀλύμπιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὅς τις ἔκτισε φρούριον εἰς τὸ Χαονικὸν μέρος ἐπὶ τοῦ Σοχακοῦ ποταμοῦ. ἐπάνω δὲ τούτου πρὸς τὸ Βαθύπελον εἰς τὸ ὄρος ἔστησεν ἄγαλμα τοῦ Κρίνου, καὶ ἕτερον τοῦ Πανός· νῦν δὲ εὑρίσκεται χώρα λεγομένη ἐπάνω Λάμποβον. ἐξουσιάσας δὲ ὁ Ὀλύμπιος χρόνους πολλοὺς ἀνέβη εἰς τὸ τέλος του εἰς τὸ Χαονικὸν ὄρος καὶ ἔκαμε πανήγυριν ἡμέρας πέντε, καὶ ἔστησεν ἄγαλμα ἐκεῖ εἰς μνήμην του, καὶ καταβὰς εἰς τὴν Χαονίαν ἀπέθανεν.

Ἐξουσίασε δὲ Ἀπολλώνιος ὁ υἱὸς τοῦ Λευκίδου, ὅς τις ἐπειδὴ ἐγίνετο τόσον πλῆθος ἀνθρώπων εἰς τὸ κάστρον Δρυϊνοπόλεως, ἐβουλήθη νὰ κάμῃ πόλεμον μὲ τοὺς Βελαρίτας. ἀλλ' ὁ Κόνις, ὢν ἀγαπημένος μ' αὐτούς, δὲν ἄφησε· καὶ οὕτως ἐκίνησε κατὰ τοῦ Κόνεως, καὶ ἔκαμαν τόσον πόλεμον ὥστε καὶ ἀπὸ τὸ ἕνα μέρος καὶ ἀπὸ τὸ ἄλλο μόνον οἱ πρῶτοι ἐγλύτωσαν. ὁ δὲ Κόνις ὕστερον ἔκτισε κάστρον θαυμαστόν, τὸ ὁποῖον τώρα Κόνιτζα λέγεται· καὶ ἔκαμαν ἕνωσιν μὲ τοὺς Ἠπειρώτας, καὶ οὕτω πλέον δὲν ἐπολέμησε κἀνεὶς μ' αὐτούς. καὶ πάλιν μετὰ μερικὸν καιρὸν ἐκίνησεν ὁ Ἀπολλώνιος κατὰ τῆς Ἀϊδωνίας; καὶ πολεμήσας χρόνους ἑπτὰ ἐγύρισεν ἄπρακτος, καὶ ἀπέθανεν.

maximis in castellum Drynopolis aquam adduxit, et nominavit Neocoronhydor. Strato autem triginta tres annos vixit.

Post eum Olympius filius regnavit, qui in parte Chaoniae apud Sochacum fluvium castellum condidit, supra hoc autem apud Bathypelum in monte simulacrum Saturni et aliud Panis consituit, nunc ibi invenitur terra, quae vocatur Apanolampovon. Postquam annos multos Olympius regnavit, sub finem vitae montem Chaoniae ascendit, et concilium festum per dies quinque celebravit, et simulacrum in memoriam suam ibi constituit, et, cum in Chaoniam descendisset, mortuus est.

Deinde Apollonius filius Leucidi regnavit, qui, cum tam magna esset in castello Drynopolis hominum multitudo, Belaritis bellum inferre voluit. sed Conis, socius eorum, hoc non passus est, et propterea contra Conim profectus est, et bellum tam grave gesserunt, ut ab utraque parte tantum principes relinquerentur. Conis castellum admirabile postea condidit, quod nunc vocatur Conitza et societatem cum Epirotis iniit, atque sic cum iis non amplius bellavit quisquam. et rursus post tempus aliquod Apollonius contra Aidoniam profectus est, et cum per septem annos cum iis belasset, nihil nactus abiit, et mortuus est.

Ἔγεινε δὲ ἀντ' αὐτοῦ ἐξουσιαστὴς ὁ Μαρδάριος, καὶ ἔζησεν εἰρηνικῶς ἕως οὗ ἐκστράτευσεν ὁ Φοινικεὺς κατὰ τῆς Γάρδης καὶ Χομήλης, καὶ μετὰ τριῶν ἐτῶν πολέμους ἐφονεύθη μαχόμενος. ἦτον δὲ οὗτος ὁ Φοινικεὺς ἀπὸ τὴν Μολοσσόν, καὶ ὁ υἱός αὐτοῦ Καλλίας λαβὼν τὸ λείψανόν του τὸ ἔφερεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ ἔχων πλοῦτον πολύν, ἔβαλε καὶ ἔκτισαν εἰς ὄρος μικρόν, κείμενον εἰς τὸ μέσον τῶν κάμπων τῶν Μολοσσῶν, κάστρον θαυμαστὸν καὶ ὡραῖον, τὸ ὁποῖον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρός του Φοινίκειαν ὠνόμασε.

Μετὰ δὲ τὸν Ἀπολλώνιον ἐβασίλευσε τῆς Δρυϊνοπόλεως καὶ Χαονίας ὁ Περίκλτηος, ἄνδρας θαυμαστὸς καὶ εὔγλωττος πολλά, ὅς τις ὑπῆγεν εἰς τοὺς Ἄλβας καὶ ἐπῆρε τέσσαρας χιλιάδας ἀνδρῶν ἐκλεκτῶν, ἔχων καὶ ἄλλας ἓξ ἰδικῶν του, καὶ ἐκστράτευσε κατὰ τῶν Κολώνων, καὶ τοὺς κατέσφαξεν, ὥστε μόνον τὰς γυναῖκας καὶ τὰ παιδία των ἄφησεν, ὅτι ἦτον ἄνθρωποι κάκιστοι. μαθόντες δὲ οἱ Χειμάριοι ὅτι ὁ Περίκλητος ἀφάνισε τοὺς Κόλωνας, ἔτρεξαν εἰς τὴν Τιτούπολιν καὶ Χομήλην, καὶ ἔκαμαν πολὺν ἀφανισμὸν καὶ εἰς ἀνθρώπους καὶ εἰς πράγματα. τοῦτο μαθὼν ὁ Περίκλητος ἔτρεξε κατόπιν αὐτῶν ὡς λέων, καὶ τοὺς ἐδίωξεν ἕως τῆς θαλάσσης, κατασφάζων αὐτούς· καὶ ὡς γράφει ὁ Τλήμων, ἐθανάτωσεν ὡς δέκα χιλιάδας. καὶ οὕτως ἐξουσίασαν τοὺς τόπους ἐκείνους, ὄχι μόνον αὐτὸς ἀλλὰ καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ὡς χρόνους 150, καθὼς γράφει ὁ ἱστορικὸς Ἀνθίφιλος καὶ ὁ Κόριος,

In eius locum successit Mardarius, qui in pace degit, donec Phoeniceus contra Gardam et Chomelem profectus est, qui post trium annorum bellum pugnans interfectus est. erat autem hic Phoeniceus ex Molosso, et filius eius Callias collectas reliquias eius in patriam portavit, et, cum divitias multas haberet, in monte parvo, qui inter campos Molossorum situs est, castellum admirabile et pulchrum condidit, quod ex nomine, patris sui Phoeniceam appellavit.

Post Apollonium in Drynopolim et Chaoniam Pericletus regnavit, vir admirabilis et valde eloquens, qui ad Albanos venit et delegit quatuor milia hominum, cum etiam sex milia suorum haberet, et contra Colonos profectus est, eosque interfecit, ita ut tantum mulieres et liberos eorum relinqueret. cum autem Chimarii audivissent, Pericletum Colonos vastare, in Titopolim et Chomelem incursionem fecerunt, et multis modis homines et res deleverunt. Pericletus his auditis eos secutus, ut leo, usque ad mare eos pellit, multos interficiens, et, Tlemone auctore, circa decem milia hominum interfecit, atque sic loca illa in potestatem suam redegit, neque solum ille, sed etiam qui post eum regnarunt per annos 150, ut scribit Antiphilus

καὶ ἐπέρασαν εἰρηνικὰ μὲ τοὺς πλησιάζοντας καὶ εὐτυχέστατα.

Μετὰ δὲ τοὺς χρόνους τούτους ἐβασίλευσεν ὁ Σέραπος ὅς τις ἐκατάγετο ἐκ τοῦ γένους τοῦ Ἄτλα, ἀλλ' ἦτον ἄνθρωπος ὑπερήφανος καὶ ἀσυλλόγιστος, καὶ ἄνοιξε πόλεμον μὲ τοὺς Μολοσσοὺς Ἀϊδωνίους καὶ Ἠπειρώτας· ὅμως ἔχων στρατιώτας ἀξίους, ὅλους τοὺς ἐκαταπόνει. οὗτοι δὲ ἔγραψαν εἰς τὴν Ἰταλίαν, ὅλοι κλαιόμενοι ἀπὸ αὐτὸν πρὸς τὸν υἱὸν Ἰουλίττης Αὐγούστης, ὅς τις ἐκίνησε μὲ πενῆντα χιλιάδας ἐκλεκτῶν ἀνδρῶν, καὶ ἦλθεν εἰς Χειμάρας καὶ ἔστειλε λόγον πρὸς τοὺς Ἠπειρώτας καὶ Ἀϊδωνίους. καὶ ἐκίνησαν ἐκ τοῦ ἄνωθεν μέρους τῆς Χαονίας, καὶ τὸν ἐπερικύκλωσαν εἰς τὴν μέσην χρόνους ἐννέα, ὥστε ὁ Σέραπος ἔγλυσε μὲ ὀλίγον μέρος τῶν παλαιῶν γενῶν τοῦ Τίτου καὶ Ὀλυμπίου, καὶ ἐκρύβησαν εἰς τὸ Χαονικὸν ὄρος. τὰ δὲ κάστρα καὶ φρούρια κατεκρήμνισαν, καὶ μόνον ἡ Χαονία πόλις ἔμεινεν ἀχάλαστος, ὅτι οἱ Κόνιοι εἶχαν ἀγάπην μὲ τὰ γένη τοῦ Ἄτλα. καὶ μετ' ὀλίγον καιρὸν ἐμβῆκαν εἰς τοῦτο τὸ κάστρον, ἐξουσιάζοντος Δαμίου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς τις εἰρήνευε μὲ ὅλους τοὺς πλησιάζοντας. ἀλλ' ἡ Δρυϊνόπολις καὶ ὅλα τὰ ὑπ' αὐτὴν κάστρα ἔμειναν ἀκατοίκητα καὶ πάντη ἔρημα χρόνους 185, ὡς γράφει περὶ τοῦ Σεράπου ὁ σοφὸς Κάστωρ ὁ Χαονεὺς καὶ ὁ Μακεδὼν Φόρμιος.

historicus, et Corius, et felicissime degerunt pacem cum vicinis servantes.

Hoc tempore peracto Serapus regnavit, qui e genere Atlantis ortus erat; sed homo erat superbus et difficilis, et cum Molossis bellum instituit et cum Aidoniis et cum Epirotis, tamen cum haberet milites strenuos, omnes hos subiecit; hi autem in Italiam literas miserunt, omnes de eo ad filium Iuliae Augustae querelas deferentes, qui quidem cum quinquaginta milibus hominum delectorum profectus in Chimaras venit, et ad Epirotas et Aidonios nuntium misit, et hi ex superiore parte Chaoniae advenerunt, et illum per annos novem circumcluserunt, ita ut Serapus cum parvo numero gentium antiquarum Titi et Olympii aufugeret, et hi in monte Chaoniae se abdiderunt. castella autem et arces (hostes) everterunt, et sola Chaonopolis manebat integra, quia Conii societatem inierant cum gente Atlantis, et post tempus parvum hoc castellum intrarunt, regnante Damio filio eius, qui cum omnibus vicinis pacem servavit, sed Drynopolis et omnia quae sub eius imperio erant castella manebant deserta et omnino solitudines per annos 185, ut scribit de Serapo sapiens Castor Chaoniensis, et Phormius Macedo.

Μετὰ δὲ τοὺς χρόνους τούτους ἦλθαν οἱ Χαονῖται εἰς δύναμιν, καὶ ἐνθυμούμενοι τὴν πατρίδα των ὑπῆγαν παρακαλεστικῶς πρὸς τοὺς Ἠπειρώτας καὶ Ἀϊδωνίους καὶ Μολοσσοὺς καὶ Φοινικεῖς, ὅτι ὅλοι οἱ ἐξουσιασταὶ τῶν Μολοσσῶν καὶ Χειμάρων εἰς τὴν Φοινίκειαν εὑρίσκοντο, ζητοῦντες νὰ ὑπάγουν ν' ἀνακαινίσουν τὴν Δρυϊνόπολιν μὲ τὰ ἐπίλοιπα κάστρα της. ἀλλ' αὐτοὶ δὲν τοὺς ἔδωσαν θέλημα, ἀκούοντες τὰ πρότερα σκάνδαλα καὶ ὅσας καταδρομὰς ἐπάθαιναν ἀπὸ τὸ γένος των, ἀλλὰ τοὺς ἔστειλαν εἰς τοὺς ἐξουσιαστὰς τῆς Ἰταλίας νὰ ὑποτάσσωνται. οὕτω λοιπὸν ὑπῆγαν καὶ ὑπετάχθησαν εἰς τὸ βασίλειον τῶν Φράγκων, καὶ ἦλθεν ὁ βασιλεὺς τῆς Ἰταλίας πρὸς τὰ μέρη τῆς Ἀλβιουπόλεως καὶ τοῦ Αὐλῶνος, καὶ τὸν ἐπροσκύνησαν ὅλα ἐκεῖνα τὰ μέρη· ὁμοίως ὑπετάχθησαν καὶ τὰ Βελλάγραδα μὲ ὅλα τὰ φρούριά των. ἐκεῖ ὑπῆγαν καὶ οἱ ἐκλεκτοὶ Χαονῖται, καὶ τὸν ἐπροσκύνησαν· καὶ ἰδὼν ἐκεῖνος τὴν εὐμορφίαν τῶν ἄνδρων καὶ μεγαλοκορμίαν ἐθαύμασε, καὶ τοὺς εἶχεν εἰς τιμήν. ἔβαλε δὲ καὶ ἐδιάλεξαν ἀπὸ τὸ γένος τοῦ Τίτου τὸν Σάρωνα, καὶ τὸν ἔκαμε στρατάρχην, ὅς τις ἔκτισε κάστρον ἀντικρὺ τῆς Δρυϊνοπόλεως, καὶ τὸ ὠνόμασε Γορανούπολιν εἰς τὄνομα τοῦ πατρός του Γορανοῦ, τὰ νῦν Γοραντζὶ λέγεται. τὸν δὲ Λιβατόνιον, τὸν ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἄτλα, χιλίαρχον ὠνόμασε· καὶ ἔκτισε καὶ οὗτος ἕτερον κάστρον, καὶ τὸ ὠνόμασε Λιβατόνιον, κείμενον

Hoc tempore peracto Chaonitae cum se recollegissent et patriam suam in memoriam revocareut, auxilium rogaturi venerunt ad Epirotas et Aidonios et Molossos et Phoeniceos (quia omnes proceres Molossorum et Chimariorum Phoeniceae inveniebantur), volentes Drynopolim et reliqua eius castella restituere, sed illi iis voluntatem non concesserunt, memores turbarum priorum et incursionum, quas ab ea gente perpessi erant, sed eos ad Italiae principes miserunt, ut iis se dederent. sic iam advenerunt et regno Francogallorum se subiecerunt, atque rex Italiae in regionem Albiopolis et Aulonis venit, et omnes illae regiones eum regem agnoverunt, simili modo se subiecerunt etiam Belgrada et omnia castella eius; illuc advenerunt etiam delecti Chaonitae, eumque regem agnoverunt, et ille, cum hominum pulchritudinem et magnanimitatem videret, miratus est et eos in magno honore habuit. delegit autem e genere Titi Saronem, et eum ducem exercitus (Stratarchum) fecit, qui in conspectu Drynopolis castellum condidit et e nomine Gorani patris Goranopolim vocavit, quae nunc nominatur Gorantzi. Libatonium autem, e genere Atlantis ortum, Chiliarchum creavit, atque etiam hic aliud castellum condidit et Li-

καὶ τοῦτο εἰς τόπον ὡραῖον καὶ εὔκρατον καὶ ὕδατα ἄριστα ἔνδοθεν ἔχοντα. βλέπων δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην τοποθεσίαν καὶ τὴν ἀνακαίνισιν, ὡς τὸ πρότερον, ἔφερε δέκα χιλιάδας ἀνδρῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας, καὶ τοὺς ἐκατοίκισεν ἐκεῖ μὲ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ παιδία των. περιῆλθε δὲ εἰς τὰ μέρη ταῦτα χρόνους πέντε, καὶ ἐκεῖ ἦλθαν καὶ οἱ Ἠπειρῶται καὶ Ἀϊδώνιοι καὶ Φοινικεῖς καὶ Χειμάριοι, καὶ τὸν ἐπροσκύνησαν. ἀναχωρῶν δὲ ἐπέρασε νὰ ἰδῇ τὴν θαυμαστὴν Φοινίκειαν, καὶ ἀσθένησε, καὶ ὅταν ἔφθασεν εἰς τὸν θρόνον του, ἀπέθανεν.

Οὕτω λοιπὸν ἡ Δρυϊνόπολις καὶ ὅλα τὰ κάτω μέρη ἕως τὸν Αὐλῶνα ἔμειναν ἐξουσιαζόμενα ὑπὸ ξένων· ἀλλ' οἱ κάτοικοι ἐπλήθυναν ἐκεῖ πάλιν, καὶ ἔγειναν δύο μερτικὰ ὑπὲρ τὸ πρῶτον. καὶ ἐπειδὴ ἄρχισαν νὰ φαίνωνται αἱρέσεις ἀπὸ τὰ δυτικὰ μέρη καὶ νὰ νοθεύουν τὴν πίστιν, τὴν ὁποίαν ἐδιδάχθησαν παρὰ τοῦ ἁγίου Πέτρου καὶ ἄλλων ἀποστόλων, ἐκινήθησαν οἱ Χριστιανοὶ ἐναντίον τῶν ξένων, καὶ ἀποδιώξαντες αὐτοὺς ἐστάθησαν ἀνδρείως εἰς τὰ πρῶτα, τὰ ὁποῖα ἐδιδάχθησαν, καὶ ἐσυμφώνησαν μὲ τοὺς Ἠπειρώτας καὶ Ἀϊδωνίους καὶ Φοινικεῖς καὶ Κονίους.

Καὶ ἕως μὲν τὸν καιρὸν τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ οὗτοι οἱ τόποι ἦτον μὲν προσκυνημένοι, ὅμως μακρόθεν, εἰς τὴν Κωνσταντίνου βασιλείαν· τότε δὲ ἐκίνησαν καὶ ὑπῆγαν εἰς

batonium appellavit, quod et ipsum situm erat in loco pulchro et salubri et aqua optima praedito. rex autem cum admirabilem illam regionem eiusque restitutionem videret, decem milia hominum ex Italia adduxit, ibique eos cum mulieribus et liberis collocavit. peragravit autem regiones has per annos quinque, et illuc venerunt etiam Epirotae, et Aidonii et Phoenicei et Chimarii, eumque regem agnoverunt. reversus autem visit admirabilem Phoeniceam, et aegrotus est factus, et, cum urbem capitalem advenisset, mortuus est.

Sic iam Drynopolis et omnes regiones inferiores usque ad Aulonem in potestate erant peregrinorum, sed incolae ibi rursus aucti sunt, et ex priore duas partes effecerunt, atque postquam haereses e regionibus Occidentis apparere coeperunt et vitiare fidem, quam edocti erant a sancto Petro et aliis apostolis, Christiani contra peregrinos profecti eos expulerunt, fortiter firmati in primis initiis, quae edocti erant, societatem inierunt cum Epirotis, Aidoniis, Phoeniceis, Coniis.

Atque usque ad tempus Iustiniani magni haec loca, quamvis indirecte, regno Constantini subiecta erant, tum autem se moverunt et ad Iustinianum magnum venerunt duodecim Drynopolitae et duodecim

τὸν μέγαν Ἰουστινιανὸν δώδεκα Δρυϊνοπολῖται καὶ δώδεκα Χαονῖται, ἄνδρες διαλεκτοί, μεγαλόκορμοι καὶ φρόνιμοι. καὶ ὡς τοὺς εἶδεν ὁ βασιλεύς, ἐχάρη καταπολλὰ τὴν ὡραιότητα καὶ γνῶσιν των, καὶ εὐθὺς μετὰ τρεῖς ἡμέρας τοὺς ἔδωσεν ἀξιώματα νὰ εὑρίσκωνται κοντά του καὶ εἰς τὸν τόπον των, καὶ ἔστειλε τὸν πρωτοσπαθάριόν του περιβλέπτην ὅλων τῶν μερῶν ἐκείνων, Ἀϊδωνίας Φοινικείας Χειμάρας, καὶ ἕως τὸν Αὐλῶνα καὶ τὰ Βελλάγραδα. καὶ εἰς ἑπτὰ χρόνους εἰρήνευσαν οἱ τόποι, ὡς ἤθελαν. ἀποθανόντος δὲ τοῦ πρωτοσπαθαρίου Ἀλεξάνδρου ἔγεινεν εἰς τὸν τόπον ἐκείνου Κωνσταντῖνος ὁ Δρυϊνοπολίτης, ὁ ἐκ χώρας Λαμπόβου, ὅς τις διὰ συνδρομῆς βασιλικῆς ἔκτισεν εἰς αὐτὴν τὴν χώραν ναὸν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου θαυμαστὸν καὶ ὡραῖον, ὡς ἤθελεν. ἦτον δὲ ἡ χώρα σπήτια ἐννεακόσια δέκα, καὶ οἱ ἄνθρωποι ἄξιοί τε καὶ ἀνδρεῖοι καὶ εὔμορφοι καὶ εὔγλωττοι, καὶ ἔκαμαν ἐκείνην τὴν χώραν νὰ ἦναι σταυροπήγιον αὐτοδέσποτον, καὶ ὅλοι οἱ ἐκεῖσε Χριστιανοὶ αὐτοδέσποτοι, καὶ πάντοτε ἕτοιμοι εἰς βασιλικὰς χρείας. οἱ δὲ ἄνω μαχαλάδες, ἀναφερόμενοι εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ὑπέκειντο εἰς τὸν τοῦ τόπου ἀρχιερέα, ὡς καὶ ἡ λοιπὴ ἐπαρχία. ἦτον δὲ οὗτοι μὲν σπήτια ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, οἱ δὲ κάτω, ὡς εἴπομεν, ἐννεακόσια δέκα. ἀφιέρωσε δὲ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τόπον ζευγαρίων εἴκοσιν εἰς γεωργίαν, καὶ μύλους δύο, πρὸς σύστασιν καὶ ζωοτροφίαν τῶν

Chaonitae, homines diserti, magnanimi, prudentes, quos cum rex vidisset, pulchritudine et prudentia eorum magnopere gavisus est, et statim post tres dies iis honores tribuit, ut conspicerentur principes apud eum et in terris eorum, et misit protospatharium suum praefectum omnibus illis regionibus, Aidoniae, Phoeniceae, Chimariae et omnibus usque ad Aulonem et Belgradam, et per annos septem loca ex sententia in pace degerunt. in locum mortui protospatharii Alexandri successit Constantinus Drynopolita, ex urbe Lampobo oriundus, qui regis auxilio in illa terra templum sanctissimae dei matris admirabile et pulchrum ex sententia aedificavit, erat autem urbs nongentarum decem domorum, et homines graves, fortes, pulchri, diserti, et effecerunt, ut terra esset stauropegium (iure figendae crucis praedita) liberum, et omnes ibi habitantes Christiani liberi, atque ad usus regis semper prompti. superiores autem partes, adnumeratae templo sancti Athanasii, loci illius archiepiscopo subiectae erant, ut etiam provincia cetera, erant autem hae partes domorum centum octoginta, inferiores autem, ut diximus, nongentarum decem. dedicavit idem rex agrum iugerum viginti ad agricultarum et duo pistrina, ad sum-

δώδεκα ἱερέων τῶν διωρισμένων κατὰ τὸ χρυσόβουλλον. ἀφιέρωσεν ἔτι καὶ τίμιον ξύλον δραμίων ἑξῆντα καὶ χρυσᾶ σκεύη γροσίων χιλίων.

Μετὰ δὲ τὸν θάνατον τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ ἐβασίλευσεν Ἰουστῖνος ὁ κουροπαλάτος, καὶ ἐπειδὴ δὲν ἔβαλεν εἰς ταῦτα τὰ μέρη καλὸν κυβερνήτην, εὐγῆκαν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἴκοσι πέντε χιλιάδες ἐχθροί, καὶ κατεχάλασαν τὴν περίφημον Δρυϊνόπολιν, καὶ τὰ τείχη αὐτῆς κατεκρήμνισαν διὰ τὴν ἀπ' αὐτῶν προτέραν ἀποστασίαν. ἀλλ' ὄντες ἀπὸ τὸ γένος τοῦ Λιβατονίου τρεῖς ἄνδρες θαυμαστοί, ὁ εἷς Ἀργυρὸς καὶ ὁ ἕτερος Κολόρης καὶ ὁ ἄλλος Χρυσόδαλος, ἐσυμφώνησαν καὶ ἐστάθησαν ἐξουσιασταί, μοιράσαντες τοὺς τόπους εἰς τρία μέρη. καὶ ὁ μὲν Ἀργυρὸς ἔκτισε κάστρον ἐπὶ τῆς σπηλαίας εἰς τὸ ὄνομά του, ὁρίζον τὴν Γάρδην, τὴν Ζωΐλην, τὴν Χομήλην καὶ τὴν Τιτούπολιν· ὁ δὲ Κολόρης ἔκαμεν ἀντικρὺ τοῦ Ἀργυροῦ φρούριον, ἐπάνω τοῦ κρυφίου ὕδατος, πλησίον τοῦ Δρυϊνοῦ ποταμοῦ, ὁρίζον τὸν κάμπον ἕως τὸ Ἀρίστιον καὶ ἄνωθεν ἕως τὸ μοναστήριον τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου, Κοσοβίτζα λεγόμενον. ὁ δὲ Χρυσόδαλος ἔκτισε καὶ αὐτὸς φρούριον εἰς τὴν ποδιὰν τοῦ Πελάκου ὄρους, διὰ νὰ ἔχῃ τοὺς ἀδελφούς του κοντὰ καὶ νὰ βοηθῇ ἕνας τὸν ἄλλον· τοῦτο δὲ ὥριζε τὴν Χαονίαν πόλιν καὶ τὸ Δέλιον καὶ ἕως τὸ Σοχακὸν στενὸν τοῦ ποταμοῦ. ταῦτα τελειώσαντες ἔστειλαν

tum et victum duodecim monachorum secundum auream bullam constitutorum. dedicavit porro etiam honoratum lignum drachmarum sexaginta et aureum apparatum mille grosiorum (piaster).

Mortuo Iustiniano magno regnavit Iustinus Curopolatus, qui cum in has regiones praefectum bonum non constituisset, ex Italia venerunt viginti quinque milia hostium, et Drynopolim celebrem occuparunt, et muros eius everterunt propter illorum priorem defectionem. sed orti ex genere Libatonii tres viri admirabiles, Argyrus, Colores, Chrysodalus, se coniunxerunt et principes exstiterunt terris in tres partes divisis, atque Argyrus quidem supra cavernam ex nomine suo castellum condidit, gubernans Gardam, Zoilam, Chomelen, Titopolim, Colores autem in conspectu Argyri castellum aedificavit, supra aquam subterraneam prope Drynum fluvium, gubernans campum usque ad Aristium, et in superiore parte usque ad monasterium sanctissimae dei matris, Cosobitza vocatum. Chrysodalus et ipse sub monte Pelaco castellum condidit, ut fratres vicinos haberet, utque unus alii esset auxilio, hoc autem gubernabat Chaonopolim et Delium et omnia usque ad angustias Sochaci fluvii. his finitis ad Tiberium regem quendam miserunt, et regem eum salutarunt nuntiantes etiam

εἰς τὸν βασιλέα Τιβέριον καὶ ἐπροσκύνησαν, διηγούμενοι καὶ τὸν ἀφανισμὸν τῆς Δρυϊνοπόλεως. οὗτος δὲ ἐχάρη πολλά, ὅτι εὑρίσκοντο εἰς τόσην εὐσέβειαν καὶ ἀνδρίαν τῆς πίστεως, καὶ μετακαλέσας ἐκεῖ τὸν Ἀργυρὸν τὸν ἔκαμε μεγάλας χάριτας, καὶ τὸν ἔδωσεν ὁρισμοὺς νὰ κυβερνᾷ ὅλα τὰ μέρη ταῦτα εὐσεβοφρόνως καὶ δικαίως, καὶ νὰ στέλλῃ εἰς τὸ βασίλειον κατ' ἔτος φλωρία χιλιάδας εἴκοσι, τὰ δὲ λοιπὰ νὰ φυλάττωσι διὰ χρείαν τοῦ τόπου εἰς καιρὸν πολέμου. τὰ δὲ εἰσοδήματα τῆς Χαονίας καὶ Δρυϊνοπόλεως ἕως τὴν Τιτούπολιν ἐγίνοντο χρυσῶν χιλιάδες ὀγδοήκοντα δύο. ἔκτισε δὲ ὁ Ἀργυρὸς εἰς τὸ κάστρον του ναὸν τοῦ παντοκράτορος μὲ βασιλικὸν χρυσόβουλλον καὶ χαρίσματα παρὰ τοῦ αὐτοῦ Τιβερίου. ἔκτισε καὶ ἄλλον ναὸν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου.

Ἐπέρασαν δὲ εἰρηνικὰ ἕως τὸν καιρὸν Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, ἔτος ͵ϛρλε', ἀπὸ δὲ Χριστοῦ χνε'. οὗτος ὁ βασιλεύς, ἀκούσας ὅτι εὑρίσκονται δώδεκα σκῆται εἰς τὸν πάτον τοῦ Δρυϊνοῦ ὄρους, ἔστειλε καὶ ἔκτισε ναὸν μικρὸν μέν, ὅμως πολλὰ ὡραῖον, εἰς τὴν ὑψηλὴν πέτραν, πλησίον τῶν ἀσκητῶν, καὶ διώρισε χαρίσματα πολλὰ τούτου τοῦ ναοῦ, ὡς τὸν τόπον τῆς Γάρδης μὲ τὴν κλεισοῦραν τῆς Ζωΐλης καὶ τῆς Χομήλης. ἐσήκωσε δὲ καὶ τὴν πανήγυριν τὴν γινομένην εἰς τὸ Πέλακον, καὶ τὴν μετέφερεν εἰς τῆς Χαονίας τὸ μέρος, καὶ τὴν ὠνόμασε Πωγωνιανήν. εἰς ταύτην ἐσυνάζετο πλῆθος ἀνθρώπων, καὶ διήρκει ἕνα μῆνα.

interitum Drynopolis. hic autem magnopere gavisus est, quia reperiebantur tanta pietate et fortitudine fidei praediti, et arcessito Argyro magnos tribuit honores, eique imperavit, ut totam hanc regionem pie et iuste gubernaret, et ut ad thesaurum regium anno unoquoque aureorum viginti milia adferret, cetera autem propter usum loci ad tempus belli servaret. Vectigalia autem Chaoniae et Drynopolis usque ad Titopolim erant aureorum octoginta duo milia. Argyrus in castello suo templum omnipotentis (pantokratoris) condidit, adiutus regis aurea bulla et donis ab eodem Tiberio concessis. condidit etiam aliud templum sanctissimae dei matris.

In pace degerunt usque ad tempus Constantini Pogonati, sive annum 6135, p. Chr. n. 655. hic rex cum audivisset duodecim in monte Dryno esse anachoretarum cellas, quosdam misit, et templum, parvum quidem, sed valde pulchrum, in alta rupe, prope anachoretas condidit, et multa huius templi dona constituit, ut locum Gardae cum Cleisura Zoilae et Chomeles, sustulit etiam nundinas, quae in Pelaco fiebant, et eas in Chaoniae partem transtulit, quam vocavit Pogonianam, huc hominum multitudo convenit, et nundinae mensem unum duraverunt.

Ἔζησαν δὲ εἰρηνικὰ ὁ κόσμος ἕως τὸν καιρὸν Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου, ὅστις, ὡς εἰκονομάχος, ἔστειλε νὰ κρημνίσῃ τὰς ἁγίας εἰκόνας καὶ νὰ τὰς συντρίψῃ. τοῦτο οἱ Χριστιανοὶ ἀκούσαντες ἔτρεξαν καὶ ἐφόνευσαν τοὺς ἀπεσταλμένους. ὁ δὲ Ἀγριόλεος, μαθὼν αὐτό, ἀντεφόνευσε τεσσαράκοντα ἐκλεκτοὺς ἄνδρας ἀπὸ τὰ κάστρα ταῦτα, εὑρισκομένους κοντά του κατὰ τὰς διαταγὰς τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ. διὰ ταύτην λοιπὸν τὴν εἰκονομαχίαν ἐστάθησαν ἐναντίοι ἕως τὸν καιρὸν Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης, ὅτε μαθόντες ὅτι ἡ εὐσέβεια πάλιν κηρύττεται παρὰ τοῦ βασιλέως, ἔτρεξαν εὐθὺς μὲ δῶρα βασιλικὰ καὶ ἐπροσκύνησαν, καὶ ἔδειξαν τὰς διαταγὰς τῶν προτέρων βασιλέων. καὶ οὕτως ἔστελλαν κατ' ἔτος τὸ εἰσόδημα τῶν τόπων τούτων κατὰ τὸ χρυσόβουλλον, ἕως τὸν καιρὸν Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ἔτος ͵ςφπζ΄.

Ὅτε δὲ ἐβασίλευσεν ὁ Ἀλέξιος, ἔστειλεν εἰς ὅλα τὰ περαθόρια νὰ ὑπάγουν διὰ νὰ ἰδῇ τὰ χρυσόβουλλα καὶ τὰς συνθήκας ἑκάστου τόπου· καὶ οὕτως ἔστειλαν καὶ οἱ Δρυϊνοπολῖται τὸν ἀρχιερέα των Μεθόδιον, ὅς τις κατήγετο ἐκ τοῦ γένους τοῦ Κολόρου, ἄνθρωπος σοφὸς καὶ ἐπιστήμων, καὶ μετ' αὐτοῦ δώδεκα ἄρχοντας ἐκλεκτοὺς ἐπαρχιώτας του, τὸν Δούκαν ἐκ τῆς Ἀργυροῦ, Μάρκελλον ἐκ τῆς Γάρδης, Ἀνδρέαν ἐκ τῆς Χομήλης, Ἀγγελινὸν ἐκ τῆς Τιτουπόλεως, Κωνσταντῖνον ἐκ τῆς Κολόρης, Πέτρον ἐκ τῆς Ζωΐλης, Μάρ-

In pace mundus degebat usque ad tempus Leontis Isaurii, qui, cum esset simulacrorum osor, homines misit, ut simulacra sancta everteret et deleret. his auditis Christiani concurrerunt et missos interfecerunt, Leo autem ferus hac re audita quadraginta viros delectos huius castelli invicem interfecit, qui apud eum ex pacto Iustiniani magni erant. hanc igitur ob simulacrorum deletionem iam exstiterunt hostes usque ad tempus Constantini et Irenes, quo quidem tempore cum cognovissent pietatem rursus pronuntiari a rege, cum donis regiis statim accurrerunt, eumque regem salutarunt, et conditiones pacti regum priorum declaraverunt, atque sic anno unoquoque vectigalia locorum illorum secundum auream bullam miserunt usque ad tempus Alexii Comneni, sive annum 6697.

Alexius cum esset rex in omnes provincias homines misit, ut advenirent, ut videret aureas bullas et conditiones pacti loci uniuscuiusque, atque sic etiam Drynopolitae Methodium archiepiscopum suum miserunt, qui e genere Colori ortus erat, hominem sapientem et doctum, et cum eo duodecim principes delectos ex eius provincia, Ducam ex Argyro, Marcellum e Garda, Andream e Chomele, Angelinum e Titopoli, Constantinum e Colore, Petrum e Zoila, Marcum se-

κον σπουδαῖον ἐκ τῆς Χαονίας, Ἰωάννην ἐκ τῆς Πολιανῆς, Μανόλην ἐκ τῆς Δέλης, Λεόντιον ἐκ τῆς Λιβατοβίας, καὶ Κυριακὸν ἐκ τοῦ Ἀριστίου. τούτους ἐδέχθη ὁ βασιλεὺς εὐσεβοφρόνως, καὶ τὸν μὲν ἀρχιερέα ἔδωσεν ὁρισμόν, καὶ ἐπῆρεν ἐκ τῶν εἰσοδημάτων τούτων χιλιάδας φλωρίων, ὀκτὼ διὰ νὰ κτίσῃ ναὸν τῆς ἐπισκοπῆς του εἰς μνήμην τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, πλησίον τοῦ Πελάκου, ὅπου ἐγίνετο ἡ μεγάλη πανήγυρις, τὴν ὁποίαν Κωνσταντῖνος ὁ Πωγωνάτος ἐσήκωσε, καὶ νὰ ἦναι καὶ τὸ μέρος τοῦτο εἰς τὴν ἐξουσίαν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ἡ δωδεκαήμερος πανήγυρις. ἀκόμη τὸν ἐχάρισε καὶ ὅλον τὸ σύνορόν του καὶ τὸ φρούριον τοῦ Πελάκου νὰ λαμβάνῃ τὸ δέκατον, καὶ ὅσοι Χριστιανοὶ ἤθελαν κατοικήσει ἐκεῖ εἰς τὴν ἐπισκοπήν, νὰ ἦναι αὐτοδέσποτοι. τοὺς ἔδωσε καὶ χρυσόβουλλον θαυμαστόν, ὥστε νὰ μὴν ἠμπορῇ. ἄλλος νὰ τὸ χαλάσῃ, βεβαιωμένον καὶ ἀπὸ τότε πατριάρχην Εὐστάθιον. καὶ ἐλθὼν ὁ ἀρχιερεὺς ἔβαλε εὐθύς, καὶ ἔκτισαν τὸν ναὸν τῆς ἐπισκοπῆς του εἰς μνήμην αὐτοῦ τοῦ βασιλέως, ὡς εὑρίσκεται τὴν σήμερον, διότι εἰς τὸ Πέλακον εὔγαιναν ἄνθρωποι ἄξιοι καὶ ἐνάρετοι. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐδωρήσατο εἰς τὴν ἐπισκοπὴν τόπους, τὴν Κλαδάνην μὲ ζευγάρια δέκα καὶ ἐλαίας ͵ατο', τὴν Κοσοβίτζαν μὲ ζευγάρια ὀκτώ, τὸ Μαυρίκι μὲ ζευγάρια δώδεκα καὶ ἐλαίας ω', τὸν Ζαμβρινὸν τόπον μὲ ζευγάρια πέντε καὶ ἐλαίας ψ', εἰς Πεπέλους τὸν ναὸν τῆς

verum e Chaonia, Ioannem e Poliane, Manuelem e Dela, Leontium e Libatobia, Cyriacum ex Aristio. hos rex pie excepit, et archiepiscopo veniam concessit, et ille ex horum vectigalibus octo milia aureorum sumsit, ut templum in provincia sua in memoriam somni sanctissimae dei matris conderet, prope Pelacum, ubi magnae fiebant nundinae, quas Constantinus Pogonatus sustulit, ut etiam haec pars et nundinae, quae duodecim dies durabant, sub potestate essent archiepiscopi. donavit eum etiam tota regione vicina et castello Pelaci, ut ibi acciperet decimam, et concessit, ut omnes, qui ibi habitaturi essent in eius provincia, liberi essent, et iis dedit etiam auream bullam, admirabilem, qua dictum est, alium hoc solvere non posse, confirmatam etiam ab Eustathio qui tum erat patriarcha. et reversus archiepiscopus templum provinciae suae in memoriam regis ipsius statim condidit, quod hodie invenitur, quia in Pelaco vixerunt homines illustres et fortes, rex autem eius provinciae loca dedit, Chladanam cum decem iugerum agro, et oleis milibus trecentis septuaginta quinque, Cosobitzam cum octo iugerum agro, Mauriki cum duodecim iugerum agro et oleis octingentis, Zambrinum cum quinque iugerum agro et oleis septingentis, templum sanctae Trinitatis, quod

ἁγίας Τριάδος μὲ ζευγάρια ὀκτὼ καὶ ἐλαίας χ', τοὺς Γονάτας μὲ ζευγάρια δέκα καὶ μύλους δύο, εἰς τὴν Δέρβην τὸν ναὸν τῶν ἀσωμάτων μὲ ζευγάρια πέντε. καὶ εἰς μὲν τὴν Κλαδάνην ἔκτισε ναὸν τοῦ ἁγίου Νικολάου, εἰς δὲ τὸν Ζαμβρινὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Γεωργίου, τὸν ὁποῖον ὀνομάζουν ὑψηλὸν Γεώργιον.

Ἐπέρασαν δὲ οἱ τόποι οὗτοι εἰρηνικὰ ἕως τὸν καιρὸν Ἀνδρονίκου βασιλέως τοῦ ἐλεήμονος. τότε ὑπῆγεν ὁ ἀρχιερεὺς Ἀθανάσιος πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τὸν τότε πατριάρχην· ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν ἐχάρισε τὴν πανήγυριν τὴν γινομένην εἰς τὸν Ζαμβρινὸν τόπον τὴν 8 τοῦ Ἰουνίου, καὶ μύλους δύο, ἀκόμη καὶ εἰς τὸν Βομπλὸν τόπον διὰ ζευγάρια τρία, ὅπου ἔκτισε ναὸν τοῦ τιμίου προδρόμου, καὶ εἰς τὸν Σοχακὸν χωρίον μὲ τόπον διὰ ζευγάρια πέντε, μύλους δύο καὶ ἐλαίας τ', καὶ ἕτερον μετόχιον εἰς Δολοβίσταν.

erat in Pepelis, cum octo iugerum agro et oleis sexcentis, Gonatam cum decem iugerum agro et pistrinis duobus, templum spiritus, quod erat Derbae, cum quinque iugerum agro, atque Chladanae templum sancti Nicolai condidit, Zambrini templum sancti Georgii, quod nominant altum Georgium.

Loca haec in pace degerunt usque ad tempus Andronici Eleemonis regis, tum Athanasius archiepiscopus ad regem et patriarcham venit, rex autem ei dono dedit nundinas, quae Zambrini die 8 mensis Iunii fiebant, et pistrina duo, etiam in Vomplo tria iugera, ubi templum condidit honorati prodromi, in Sochaco quinque iugera, pistrina duo, oleas trecentas, et alium vicum ad Dolobistam.

INDEX HISTORICUS.

BONNAE,

TYPIS CAROLI GEORGII.

DATE DUE

~~SEP [illegible] 1990~~	